



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Capvt Sextvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

enim montes in colles delinere. Quarta ratio, cur orationes odoramentis comparantur, ea est: quia sicut odores sunt gratissimi; ita orationes iustorum gratissimæ sunt Deo, & Angelis. Quam ob causam Angeli non cessant eiusmodi odores è terra in cælum, quasi aromata deferre, vt videlicet earum afflatu suavissimo in cælo serereent, Deumque eiusmodi thure venerentur, hoc enim mysterium Raphael Angelus Tobia declarauit, cum dixit: *Quando orabas cum lachrymis, ego obruli orationem tuam Domino.* Quò pertinet illud, quò de Noë sacrificio Gen. 8. refertur. *Odoratusque est Dominus odorem suauitatis.* Et illud quod sæpe in Leuitico dicitur: *Oblatio est suauissimi odoris Domino.* Postremò obseruandum est, viginti quatuor seniores non solum citharas, sed phialas etiam habuisse aureas plenas odoramentorum, quia non est satis exterius Dei laudes decantare, nisi etiam cor ipsum interius plenum sit odoramentorum, id est, orationum feruentium suauissimique odoris. Non desunt verò quamplurimi in Ecclesia, qui cum habeant pulcherrimas citharas, easque numerosè pullent, id est, Dei laudes non solum modulatè concinant, sed aliis etiam eleganter prædicant: phialis tamen aureis plenis odoramentorum carent, id est, interna cordis deuotione, quæ potissima est spiritalis citharæditio.

Tob. 12. 12.
Gen. 8. 21.

Non satis est
exterius Dei
laudes can-
tare.

ARGUMENTVM.

Persequitur Ioannes visionem secundam, commemorans quomodo Agnus septem illa libri sigilla resignauerit; & quidnam illis apertis apparuerit. Atque hoc capite sex sigilla resignata commemorantur, quibus apertis admiranda quedam, quæ latebant in libro, visa sunt. Etenim aperto primo sigillo apparuit equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, dataque est ei corona. Aperto secundo, exiit equus rufus, & ei qui insidebat equo, datus est gladius magnus. Aperto tertio, apparuit equus niger, & qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua. Aperto quarto, visus est equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum. Aperto quinto, apparuerunt subitus altare animæ intersectorum propter Verbum Dei. Aperto sexto, factus est tremotus quidam magnus, & sol factus est niger tanquam saccus cilicenus, & luna sicut sanguis, & stella de cæla in terram ceciderunt, quamplurimæque alia visu mirabilia apparuerunt, quæ postea sigillatim explicabimus. Atque hæc sunt, quæ per imaginariam visionem hoc capite à Ioanne commemorantur.

CAPVT SEXTVM.



T vidi quod aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus dicens; tanquam vocem tonitruui: Veni, & vide. Et vidi: Et ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiit vincens, vt vinceret. Et cum aperuisset sigillum secundum,


dum, audiui secundum animal dicens: Veni, & Vide. Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal dicens: Veni, & vide. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua. Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium, dicentem: Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres hordei denario vno, & vinum, & oleum ne laferis. Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum: & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ. Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subtrus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Usquequo Domine, sanctus, & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et datae sunt illis singulae stolæ albae: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi. Et vidi cum aperuisset sigillum sextum: & ecce terræ motus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam faccus cilicinus: & Luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de Cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno mouetur: & Cælum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt: & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium: & dicunt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?

COMMENTARIUM TERTIVM EXEGETICVM.

In quo Ecclesie persecutiones sub diuersis Imperatoribus Romanis commemorantur, eorumque numerus, atque ordo, quem in Imperio tenuerunt vsque ad Iulianum, describitur.

Primam Ecclesie persecutionem patitur sub
Domitio Nerone.

SECTIO PRIM A. ° °

I.  VONIAM hæc visio, aliæque huius operis statum Ecclesie vniuersæ sub diuersis Imperatoribus Romanis, variâque sub eisdem persecutiones complectuntur, quæ nisi bene perspectæ exploratæque sint, non possunt ea, quæ dicturi sumus, satis intelligi: quod dum nostræ, tum aliorum interpretum expositiones, quas in medium afferemus, sæpius in Romanorum, tum Augustorum, tum Cesarum tempora, rerumque ab ijs gestarum commemorationem incurrant, operæ pretium duximus omnes Ecclesie persecutiones sub Imperatoribus Cesaribusque Romanis vsque ad Iulianum Apostatam sub aspectum subijcere, simulque omnium vsque ad id temporis siue Augustorum, siue Cesarum numerum, ordinemque, quem in imperio tenuerunt accuratè describere: ne harum rerum siue ignoratio, siue consilio curiosi lectoris cursum in hisce nostris commentarijs perlegendis remoretur.

II. Primus igitur Romanorum Imperator fuit C. Iulius Cesar, qui sibi armorum
Iulij Cesaris Imperium & gesta. Suetonius.
vi Romanum Imperium subiecit: Is, ut auctor est Suetonius Tranquillus, ad Rubiconem flumen iacta, ut ipse dixit, alea, ad Romani Imperij fastigium, per imperandi libidinem potissimum aspirans occasionem belli prætexens, quod neque ei prorogaretur Imperium in prouincia, nec absenti potestas à Senatu fieret ad petendum consulatum, cepit rem bello, armisque gerere, traiecitque exercitum, Piceno, Umbria, Hetruriaque occupatis Romam iter conuertit, appellatisque de Republica Patribus validissimas Pompeij copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone in Hispania erant, inuasit, professus ante inter suos ire se primùm ad exercitum sine duce, inde ad ducem sine exercitu reuersurum. Hinc repetita Vrbe, in Macedoniam transgressus, Pompeium per quatuor pene menses maximis obfessum operibus, ad extremum Pharsalico prælio fudit, & fugientem Alexandriam persecutus, vbi occisum deprehendit. Cum Ptolemaeo rege bellum sanè difficillimum gessit, victorque regnum Egypti Cleopatra, fratrique eius minori permisit. Ab Alexandria in Syriam, à Syria in Pontum transijt, vbi Pharnacem Mithridatis magni filium, tunc occasione temporum bellantem, multiplicique secundarum rerum successu præferocem, exultantemque intra quintum, quam adfuerat diem, quatuor quibus in conspectum venit, horis, vna acie profligauit. De hinc Scipionem, ac Iubam in Africa, Pom-
peij

peijliberos deicit in Hispania, quibus omnibus bellis cōfectis quinques triumphauit. Primum, ac nobilissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouissimum Hispaniensem, diuerso quemque apparatu, & instrumento. In Gallico ascendit Capitolium ad lumina 40. elephantis dextera, atque sinistra lychnuchos gestantibus: in Pontico inter pompæ ferula trium verborum prætulit titulum, *Veni, vici, vici.* Cæterum cum ageret insolentiùs, dominationeque abuteretur, iure casus à plebique existimatur. Non enim honores modo nimios recepit, veluti continuum consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamque morum, insuper prænomen Imperatoris, cognomen patris patriæ, statuum inter Reges, suggestum in orchestra, sed & ampliora etiam humano fastigio discerni sibi passus est, sedem auream in curia, & pro tribunali thessem, & ferculum circensium pompa, templa, aras, simulachra iuxta Deos, puluinar, flaminem, lupercos, appellationem mensis è suo nomine. Honores pro suo arbitratu concessit, pride Kal. Ianuarias repentina consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit, eademque licentia spreto patriæ more magistratus in plures annos ordinavit, decem viris prætorijs consularia ornamenta tribuit: ciuitate donatos, & quosdam è semibarbaris Gallorum recepit in curiam: monetæ, publicisque vectigalibus peculiare seruos præfecit: triam legionum, quas Alexandria reliquerat, Imperium Rusioni liberti sui filio suo exoleto demandauit: sed inde præcipuam sibi conflauit inuidiam, quod aduentus se cum plurimis, honorificentissimisque decretis vniuersos Patres conscriptos sedens pro æde Veneris excepit. Itaque conspiratum est in eum à sexaginta amplius senatoribus, equitibusque Romanis C. Cassio, Marcòque, & Decio Brutis, & multis Principibus, edicto que senatu in Pompeij curiam tribus, & viginti vulneribus cōfossus occubuit sexto, & quinquagesimo ætatis anno, quadraginta duobus annis ante felicem Christi ortum.

Nullum reliquit legitimum filium, nec filiam, quia Iulia, quæ Pompeio nupserat, multò antè diem obierat: quàm ob causam adoptauit Octauium Cæsarem Octauij filium, dictum postea Octauium Augustum, nepotem, Iuliæ sororis ipsius Cæsaris. Quamquam verò post mortem Cæsaris fuit Reipublicæ administratio distributa per Octavianum, Marcum Antonium, & Lepidum, quæ gubernandi ratio dicta est Triumuiratus, & quinque annis perdurauit, eo tamen finito solus Octavianus fuit Imperator electus à militibus, appellatusque Cæsar Octavianus, vt ad adoptiuum patris, id est, Iulij Cæsaris, & naturalis, id est, Octauij memoriam seruaret. Fuit hic Imperator felicissimus tum ob alia, tum vel maxime, quod eius tempore natus est Christus Dominus. Docet autem Eusebius in Chronicis ortum Christi incidisse in annum 42. Imperij Octauiani Augusti, numerans videlicet annos Imperij Augusti à nece Iulij Cæsaris, quemadmodum & reliqui ferè scriptores, veluti Iosephus libr. 18. antiq. cap. 3. Epiphani. hæresi 51. Bedæ lib. de sex ætatibus, Paulus Orosius lib. 1. cap. 1. & Ecclesia Romana in suo Martyrologio, die vigesima quinta Decembris: quanquam natum fuisse Christum anno Quadragesimo primo Imperij Augusti affirmant Irenæus libro 3. aduersus hæreses, cap. 15. Tertullianus libro de præscriptione aduersus Iudæos, & Diuus Hieronymus super caput secundum Esaiæ, & super nouum Danielis, quia videlicet Imperium Augusti numerant ab anno, qui necem Cæsaris fuit consecutus, sed hæc munus concedere alterius loci est. Domini appellacionem Augustus vt maledictum, & opprobrium semper exhorruit: cum spectante coludos pronuntiatum esset à mimo, ô Domium æquum, & bonum, &

III.
Octauiani
Augusti
secundi
Imper
ratoris
gesta.

Eusebius.
Iosephus.
Epiphani.
Beda.
Pauli
Orosii.
Irenæus.
Tertullianus.
D. Hieronymus.

Augusti
appellacionem
domini
exhorruit.

vnuerſi quaſi de ipſo dictum exultantes comprobaffent, ſtatim vultu, manūque indecoras adulationes repreſſit, & in ſequenti die grauiſſimè edicto corripuit, dominumque ſe poſthac appellari ne à liberis quidem, ac nepotibus ſuis vel ſeruo, vel ioco paſſus eſt, atque huiusmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit.

III.

Propter exiſa in Rempubliſſimam merita fuit populo gratiſſimus: equites Romani ſatalem eius ſponte bido ſemper celebrarunt: omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex voto pro ſalute eius ſtipem iaciebant, Calendis Ianuarij etiam abſenti in capitolio ſtrenam: reuertentem ex prouincia non ſolum fauſtis nominibus, ſed etiam modulatis carminibus, proſequebantur. Ei patris patriæ vnuerſi repentino, maximòque conſenſu appellationem dederunt, prima plebs legatione Antium miſſa, deinde, quia non recipiebat in eunti Romæ ſpectacula frequens, & laureata: mox in curia Senatus neque decreto, neque acclamatione, ſed per Valerium Meſſalam id mandantibus cunctis. Quod bonum, inquit, fauſtiſſimè ſit tibi, domuique tuæ Cæſar Auguſte, ſenatus te conſentens cum populo Romano conſalutat patriæ patrem. Peregrinarum cteſtationiarum eas, quæ veteres, receptæque erant, reuerèdiſſime coluit, cæteras contemptui habuit, Iudæis vſque adeo inſenſus, vt Caium nepotem, quod Iudæam præteruchens, apud Hieroſolyam non ſupplicaret, collaudaret, vt narrat Suetonius Tranquillus in

Suetonius

Philo Iudeus.

Octauio cap. 93. Caterum poſtea mutata ſententia Iſſaicarum rerum propugnator fuit acerrimus: etenim, vt auctor eſt Philo Iudæus in ſua legatione ad Caium, paſſus eſt trans Tyberim bonam vrbs partem teneri à Iudæis, quos ſciebat habere ſuas profeuchas, in quibus certus facerent præſertim ſabbatis: ſciebat eos collectas primitiarum mittere Hieroſolyam, & certos homines, qui pro ipſis offerrent victimas, eos tamen nec vrbe iuſſit excedere, nec multauit iure ciuium, quandoquidem ne in Palaſtina quidem extinctam volebat eorum religionem, & Rempub. nec circa profeuchas quid quaſi nouauit, nec certus in quibus leges diſcerentur, fieri veruit: itaque. *Tam ſanctè*, inquit Philo, *noſtra ſacra habuit, vt penè omnium eius domesticorum dona extens in templo noſtro, in quo mandauit quotidianas maſtari victimas ſuis ſumptibus, quæ ſacra hodieque peraguntur, durabuntque perpetuò, virtutum Imperatoris monumentum.* Hæc Philo. Refert quoque Macrob.

Augusti clementis erga Iudæos.

Philo.

Macrobius.

libr. 2. Saturn. cap. 4. cum audiret inter eos, quos in Syria Herodes Rex Iudæorum à bimatu, & infra iuſſit interfici, filium quoque eius occiſum, lepidè iocatū dixiſſe: melius eſſe Herodis porcum eſſe, quàm filium. Eum edicto præcepiſſe, vt vnuerſus orbis deſcriberetur, narrat Luc. c. 2. cuius deſcriptionis cauſas commemorat Suidas in Hiſtor. verbo *Στογερὸν* Sigonius de iure antiq. Ital. lib. 3. cap. 21. & alij. Imperauit annis pluſquam 56. tamen hæc de re nonnulla eſt apud ſcriptores diſſenſio, ſed vno ad ſummum, aut altero anno variant. Epiph. in Anacorato ei annos 56. & meſes præterea ſex, Iosephus verò lib. 18. antiq. cap. 3. annos 57. alij 58. tribuunt. Exceſſit è vita anno Chriſti 16.

Luc. 2.
Suidas.
Sigonius.
Epiphanius.
Iosephus.

V.

Tiberius Nero
tertius Imperator, et
ab eo geſta.

Tertius Imperator fuit Tiberius Nero ex Patricia gente Claudia Appio Claudio gentis princepe, priuignus Auguſti, filius nimirum Liuiæ eius vxoris: cum enim Liuiæ nupſit Auguſto, iam ex Tyberio Nerone marito ſuſceperat hunc Tiberium Neronem eiuldem cum patre nominis: atque hunc Tiberium Auguſtus adoptauerat, generumque fecerat ætatis Chriſti anno 6. Cum electus fuit Imperator, agebat annum 55. in eius gratiam Herodes Tetrarcha vrbeni condidit ad lacum Genezareth, Tiberiadam que appellauit, vt narrat Iosephus libro 18. Antiq. capite tertio, Imperij Tiberij anno 15. cepit Ioannes Baptiſta prædicare Baptiſimum penitentis, quemadmodum habes Luc. 3. anno autem eius 18.

paſſus

passus est Christus. Narrat verò Suet. in Tib. cap. 36. cum externas ceremonias, Ægyptios, Iudaicòsque ritus compescuisse, coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum omni instrumento comburere: Iudæorum Iuuentutem per speciem sacramenti in grauioris cæli prouincias distribuisse, reliquos gentis eiusdem, vel similia sectantes vrbe submisisse sub pœnâ perpetuæ seruitutis, nisi obtemperassent: expulisse quoque Mathematicos, sed deprecantibus, arremque se deposituros promittentibus veniam dedisse. Verum postea, vt refert Philo in legatione sua ad Caium, Iudæorum res in meliorem statum restituit. Retulisse Tyberium ad senatum de diuinitate Christi, fauissèque Christianis assitmant Tertullianus in Apolog. capite 5. & 21. & Eusebius Cæsar. lib. 2. hist. Ecclesiast. cap. 2. *Tiberius*, inquit *Tertullianus*, cuius tempore nomen Christianum in seculum introiuit, nunciatum sibi ex Syria Palesina, quæ illic veritatem illius diuinitatù reuelauerunt, detulit ad senatum cum prerogatiua suffragij sui: senatus, quia non ipse probauerat, respuit: Cæsar autem in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum, Consultite commentarios Æstros, illic reperietis primum Neronem in hanc sectam tum maxime Roma orientem Cæsariano gladio ferocisse: sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriemur: qui enim scit illum, intelligere potest, non nisi aliquid bonum grande à Nerone damnatum. Hæc Tertul.

Nero in Iudæos fecit.

Philo.

Tertullian.

Euseb. Cæs.

Sciendum Liuiam Augustam vxorem Augusti, antequam ei nuberet, suscepisse ex altero viro Tiberium Neronem, qui ei in imperium successit, de quo paulò ante diximus, & Drusum Neronem: qui Drusus reliquit duos filios ex Antonia Octauiæ sororis Augusti filia susceptos, videlicet Claudium, qui etiã fuit Imperator, & Germanicum egregijs corporis, animique dotibus à natura locupletatum, vsque ad eò non tantum suis, sed hostibus etiam charum, vt in eius obitu nõ defuerint Reguli, qui meroris causa Barbam posuerint, & vxorum capita raserint, & Megistanus Parthorum Rex executione venandi, & conuictu abstinerit, quod apud Parthos iustitij instar est, vt testatur Tranquil. in C. Caligula. c. 5. Huius igitur Germanici fuit filius C. Caligula 4. Romanorum Imperator, quem Tiberius adoptauerat, imperijque hæredem declarauerat: Caligula cognòmen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur, qui certo calceameti genere, quod caliga dicebatur, utebatur. Cum electus fuit Imperator, agebat annum 55. vsque adeo ferocis, & impotentis naturæ fuit, vt Tiberius aliquoties prædicaret exitio suo, omniumque Caium viuere, & senatrici (serpentis id genus est,) populum Romanum Phaethotè orbi terrarù educate: quod verissimũ sanè fuit ob incredibilem huius Imperatoris cum insigni libidine coniunctam sæuitiam, vt meritò Seneca lib. de Còsol. ad Albinum dixerit, eũ rerum naturã edidisse, vt ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent. Vixit annis 29. Imperauit triennio, & decem mensibus: obiit à Cassio Chærea tribuno, Sabino Cornelio, aliisque coniuratis interfectus. Is Agrippam Aristobulo Herodis filio natũ, qui Romæ in carcere victus tenebatur, non tantũ soluit, sed Regem etiam Iudæorum creauit, vt auctor est Ioseph. libr. 18. Antiq. c. 8.

VI.

Tranquil.

C. Caligula

4. Imperat.

Seneca.

Iosephus.

VII.

Claudius

Tiberius 5.

Imperator.

Tranquil.

Quintus fuit Claudius Tiberius Germanici patris Caligula, vt supra diximus, frater, atque adeo Caligula patruus: 50. iam anno cepit imperium, miro fortuna lusu, vt refert Tranquil. exclusus inter ceteros ab iniuriatoribus Caij, in diætã, cui nomen est Hermeneum, recesserat: neque multò post rumore cædis exterritus, prorepit ad solarium proximum, atque inter prætenta foribus vela se abdit: lateat discurrens forte gregatius miles animaduertis pedibus è studio seiscitandi, quisnã esset, agnouit: extractumque & præ metu ad genua sibi accidentẽ Impe-

ratorem salutauit: hinc ad alios commilitones fluctuantes, & adhuc frementes perduxit: ab his lectica impositus, & quia serui diffugerant, vicissim succollantibus, in astra delatus est, tristis, ac trepidus miserante obuia turba quasi ad pœnam infons rapèretur, receptus intra vallum inter excubias militum pernoctauit, aliquanto minore spe, quàm fiducia, nam consules cum senatu, & cohortibus vrbani forum, capitoliũque occuparunt asserturi communem libertatem, accititque & ipse per Trib. plebis in curiam ad suadenda, quæ viderentur, vi se, & necessitate teneri respondit. Postero verd̄ die Senatu segniore in exequendis conatibus per tædium, ac dissensionem diuersa consentium, & multitudine, quæ circumstabat, vnum rectorem iam, & nominatim exposcente, armatos pro conicione iurare in nomen suum passus est: itaque imperator fuit declaratus. Excessit sexagesimo quarto ætatis anno, imperij quarto decimo: veneno occisum conuenit, vbi autem, & per quem dato, variant scriptores: quidam tradunt epulanti in arce cum sacerdotibus per Halotum spadonem prægustatorem: alij domestico conuiuio per Agrippinam vxorem, quæ boletum medicatum auidissimo ciborum talium obtulerat. Is nono imperij sui anno Tadzros publico edicto Roma expulit, vt refert Suetonius in Claudio cap. 25. & Paulus Orosius lib. 7. cap. 6. cuius etiam expulsionis facit mentionem Lucas Act. 18. Sub eodem imperatore famemes fuit illa toto orbe grauissima, cuius meminit Lucas Act. 11. *In his*, inquit, diebus superuenerunt ap̄ Hierosolymis Propheta Antiochiam, & surgens vnus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum sanctum famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, qua facta est sub Claudio.

Suetonius.
Paul. Oros.
Act. 18.

Alf. 11. 27.

his superuenerunt ap̄ Hierosolymis Propheta Antiochiam, & surgens vnus ex eis nomine Agabus significabat per spiritum sanctum famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, qua facta est sub Claudio.

VIII.
Domitius.
Nero sextus
Imperator.

Sextus Domitius Nero Claudius, filius Agrippinæ vxoris Claudij, eiusque ex fratre Germanico neptis, quem Neronem Agrippina ex priore marito Domitio susceperat, & ad ipsius preces Claudius adoptauerat: vnde vtriusq; parentis nomenclaturâ suscipiens Domitius Nero Claudius dictus est, de genitura eius statim multa, & formidolosa multis coniectantibus: prælagio fuit etiam Domitij patris vox inter gratulationes amicorum, negantis quicquam ex se, & Agrippina nisi detestabile, & malo publico nasci potuisse. Decimo septimo ætatis anno orsus imperium à demonstratione pietatis Claudijum apparatusimo funere elatũ laudauit, & consecrauit: memoriæ Domitij patris honores maximos habuit, & matri summã omnium rerũ publicarũ, priuatarumque permisit: primo etiã imperij die signũ excubanti tribuno dedit, optimã matrẽ: atq; vt certiorẽ adhuc indolem ostenderet, ex Augusti præscripto imperaturũ se professus, neque liberalitatis, neq; elementariæ, nec comitatis quidẽ exhibendæ vllã occasione omisit: grauiora vectigalia aut aboleuit, aut minuit: cum de supplicio cuiusdã capite dånati, vt ex more subscriberet, admoneretur, *Quam vellẽ*, inquit, *nescire literas*: omnes ordines subinde ac memoriter salutauit, agenti Senatu gratias respondit, *Cum me- rnero*: inde quidã prodidẽre, vt refert Sextus Aurelius, Traianum solitum dicere procul distare cunctos principes à Neronis quinquennio: petulantiam, libidinem, auaritiã, crudelitatem sensim quidem primò, & occultè velut inueni errorẽ exercuit, sed vt tunc quoque dubium nemini foret, naturã illa vitia, non a-tatis esse: paulatim verò inualescentibus vitiis iocularia, & latebras omisit, nullaq; dissimulandi cura ad maiora palam erupit. Nam quod libidinem spectat, ad processit, vt Sporũ puerum exectum etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus sit, & cum dote, & flammeo per Iosenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro vxore habuerit, vnde cuiusdã non inficita iocus extitit, bene agi potuisse cũ rebus humanis, si Domitius pater talem habuisset vxorẽ.

Sextus Au-
rel.

Itaque

Itaque neque sua, neque aliorum pudicitia parcens, ad extremum indigna, quæ à nobis commemorantur, planèque pudenda admisisse videre est: apud varios scriptores, qui Romanorum Imperatorum annales contexuerunt. Nec sanè minima sunt, quæ de eius saevitia, & crudelitate memorantur. Britannicum Claudij filium veneno sustulit, matrem Agrippinam occidi præcepit, aiuntque ad visendum interfectæ cadaver accurrisse, atrectasse, alia vituperasse, alia laudasse, sitique interim oborta bibisse: parricidio matris iunxit amita necem: nullus adhibitus delectus, aut modus interficiendi quoscunque voluisset: sed nec populo, aut manibus patriæ pepercit, dicente quodam in sermone communi *εὐς θανάτος γὰρ ἀ μὲν γὰρ περὶ*, id est me mortuo terra agni miscatur, imò, inquit, *εὐς θανάτος*, me vivente: planèque ita fecit, nam quasi offensus deformitate veterum ædificiorum, & angustijs, flexurisque viciorum, incendit urbem tam palam, ut plerique consulares cubiculares eius cum stuppa, tedæque in prædijs suis deprehensos non attigerint: per sex dies, septemque noctes clade saevitum est, ad monumentorum, bustorumque diuersoria plebe compulsa: tunc propter immensum numerum insularum domus prætorum Ducum arserunt, hostilibus adhuc spolijs adornata, Deorumque ædes à Regibus, ac deinde Punicis, & Gallicis bellis votæ, dedicataeque, & quicquid visendum, atque memorabile ex antiquitate duraverat. Et quod magis adhuc monstri huius efferatam naturam de clarat, in cædium hoc è turri Mæcenatiana prospectans, latulque flamma, vt aiebat, pulchritudine ἀλωσθ. Illi scenico habitu decantavit.

Domitius Nero Urbem incendit.

Hæc eo perstrinxerim, vt videant fidei nostræ aduersarij, cuiusmodinam is princeps fuerit, qui primus edicto publico Christianorum religionem persequendam, fidelesque vt sacrilegos, ac nefarios omnibus tormentis cruciandos, trucidandosque esse putaverit, quod non præterit Tertullian. in Apolog. ad Senatum, populùmque Romanum. *Consulte*, inquit, *commentarios vestros, illic reperietis primum Nerone in hac scilicet cum maxime Roma orientem Casariano gladio ferocissime non nisi aliquod bonum grande à Nerone damnatum.* Hæc Tertul. Itaque prima Ecclesiæ persecutio nota est à Nerone, vt est communis sententia, & disertè tradit Tertul. in Scorpiaco, cap. 14. prætexit verò huic persecutioni vrbis incendiū, cum tamen, vt ex Suetonio retulimus, ipse certissimus eius auctor extitisset, sed vt inuidiam in se constatam, & opinionem à se immitti Vulcani amoueret, Christianos subdidit reos, inquit Tacit. lib. 15. eosque exquisitissimis affecit supplicijs, à pereuntibusque addita ludibria, vt ferarum tergis contecti laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut inflammandi, atque vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vterentur: denique Apostolorum Principes Petrum & Paulum duo clarissima orbis lumina è medio sustulit. Petrum quidem actum in crucem, Paulum verò gladio truncatum, decimo tertio Imperij sui anno ad finem, & ferè iam appetente anno decimo quarto: vnde plerique id decimo quarto anno contigisse asserunt, veluti D. Hieron. lib. de viris illustrib. in Petro, & Paulo ex Eusebio in Chronicis: quare non rectè Epiphani. hæres. 27. scripsit eos passos martyrium fuisse à duodecimo Imperij Neronis anno. Non multo autem tempore persecutio sub Nerone duravit. Cum enim Nero persequi Christianos cepisset anno Imperij sui II. vt est communis sententia, ipse autem quatuordecim tantum annis imperauerit, efficitur, vt tribus annis dumtaxat ea Christianorum persecutio perdurauerit. Obijt postò trigesimo secundo ætatis anno, spontanea morte, cum fuisset hostis indicatus à Senatu, adigens ipse iugulo ferrum, Epaphrodito à libellis iuuante.

IX.

Tertullian.

Prima Ecclesiæ persecutio à Nerone nota.

Tertul.

Tacitus.

D. Hieron. Euseb. Epiphani.



Secundam sub Domitiano Ecclesia persecutionem patitur.

SECTIO II.

I. **D**escripsimus Romanorum Imperatorum seriem, atque ordinem vsque ad Domitium Neronem, qui primus, vt ait Tertullianus, Cæsariano gladio in Christianos fero ciuit. Iam de reliquis Imperatoribus breuiter quoque differendum vsque ad eum Imperatorem, qui secundum aduersus Ecclesiam bellum nefarium suscepit, eo que ordine deinceps de Imperatoribus Romanis conscribemus, donec omnes Ecclesie ab illis excitas persecutiones breuiter perstringamus, quarum nonnullam cognitionem, vt pote ad ea, quæ deinceps dicturi sumus, plane necessariam, omnino prætermittendam esse non duximus. Igitur progenies Cæsarium in Nerone defecit, cui Sergius Galba successit septimus ordine Imperator, nullo gradu contingens Cæsarium domum, sed haud dubiè nobilissimus ex illustrissima Sulpitorum familia, magna que, & veteri prolapia, vt qui statuarum titulis, pronepote se *Qu. Catuli Capitolini* semper adscripsit, Imperator verò etiam stemmata in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaen Minois vxorem referret: per omnes dignitatis gradus ad Proconsulatù Hispaniæ euectus, iam grandis natu Imperium septime inter maiori ab initio fauore, quam successu tenuit, ob auaritiam, & seuitiam cunctis iniustus, vniuersisque ordinibus offensus 73. ætatis anno opera M. Syluij Othonis iugulatur.

Tertullian.

Sergius Galba septimus ordine Imperator.

II. **O**ctauus fuit Otho Syluius familia vetere, ac nobili, atque ex principibus Hetruriæ, Neronis Imperatoris tempore missus est legatus in Lusitaniam, quam prouinciam per decem annos singulari moderatione, abstinentiæque administrauit: interfecto Galba Imperium obtinuit, sed cum ciuile bellum aduersus Vitellij Duces execraretur, arripuit duos pugiones, & explorata vtriusque acie, cum alterum puluillo subdidisset, foribus ad apertis arctissimo somno quieuit, & circa lucem demum expergefactus, vno se ictu traiecit infra lauem papillam, irrumpentibusque ad primum genitum modò celans, modò detegens plagam exanimatus est, & celeriter funeratus trigésimo octauo ætatis anno, & nonagesimo quinto Imperij die.

Otho Syluius Imperator octauus.

III. **N**onus Aulus Vitellius, missus à Galba in inferiorem Germaniam, vix dum mense transacto subitò à militibus à cubiculo raptus ita, vt erat in veste domestica, Imperator est consalutatus ob eximia liberalitatis, & comitatis, quæ exhibuerat documenta. Consentiente deinde etiam superioris prouinciæ exercitu, qui prius à Galba ad senatum defecerat, cognomen Germanici delatum ab vniuersis cupide recepit: Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum recusauit, ac subinde cæde Galbæ nunciata Imperium confirmatum. Fuit præter modum gula, ac ventri deditus, insigni crudelitate: octauo Imperij mense deficiuerunt ab eo exercitus Mæsarum, atque Pannonia, ex transmatinis etiam Indicus, atque Syriacus. Eo tempore Vespasianus in Oriente principatum arripuit, à cuius militibus certamine sub muris vrbs habito superatus in palatium ferri se passus est, vbi cum deserta omnia reperisset, dilabentibus etiam ijs, qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit, confugitque in cellulam sanitoris, sed à militibus extractus, religatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, veste discissa, seminudus in forum tractus, inter magna rerum, verborumque ludibria per totum viæ sacræ spatium, reducta coma à capite, ceu noxij solent, atque etiam mento mucroni gladij subiecto, vt vilendam præberet faciem, nè submitteret

Aulus Vitellius nonus Imperator.

mitteret, quibusdam stercore, & cæno incessentibus, tandem minutissimis ictibus exarnificatus, & confectus vnco tractus in Tiberim.

Decimus, Flavius Vespasianus Augustus ex gente Flavia obscura, ac sine vllis maiorum imaginibus, viuente adhuc Vitellio electus ab exercitu. Dum enim sub id tempus Iudæi rebellassent, caesoque præfecto legato in super Syria consulari suppetias ferentem rapta aquila fugassent, ad eum motum comprimendum Vespasianus potissimum delectus est à Nerone adhuc viuente: vt primùm provinciam attingit, proximas quasque ciuitates ad se conuertit, correctâ statim castrorum disciplina, vno quoque, altero prælio tam constâter inuito, vt in oppugnatione castelli lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot exceperit. Instabant sui, vt sese imperatorem nominaret, sed abstinuit: externorum & ignotorum fortuitus fauor accessit: duo enim millia Mæsiæ exercitus è tribus legionibus missa auxilia Othoni, postquam iter ingressi victum eum esse, sibi que mortem conficiuisse acceperunt, consilium inierunt eligendi, creandique imperatoris, neque enim se deteriores effodiscitabât aut Hispaniensi exercitu, qui Galbam, aut prætoriano, qui Othonem, aut Germanico, qui Vitellium fecissent: propositis itaque nominibus legatorum consularium, quos vbique tunc erant, cum cæteris alij aliunde alia de causa improbarent, & quidam è legione tertia, quæ sub exitu Neronis translata ex Syria in Mæsiam fuerat, Vespasianum miris laudibus efferrent, assenserunt cuncti, noménque eius vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Diuulgato facto Tiberius Alexander præfectus Ægypti primus in verba Vespasiani legiones adiecit: Iudaicus deinde exercitus iurauit: plurimum contulit epistolæ siue vera, siue falsæ iactatum ex epistola defuncti Othonis ad Vespasianum extrema obtestatione vltionem mandatis, optantisque vt Reipub. subueniret: simul rumor dissipatus, destinasse Vitellium victorè, permutare hyberna legionum, & Germanicas transferre in Orientem ad se curiorem, mollioremque militiâ. Tum aduenire literas fusas apud Cremonâ Vitellij copias, ipsumque in vrbe interemptum nunciantes: Itaque receptus, ac declaratus Imperat. in urbem reuertitu per decem annos, quibus imperiū rexit, singulari studio, ac providentia re administravit, princeps usque adeo inimicitarum oblitus, vt Vitellij hostis sui filium splendidissimè dotauerit: tanta clementia, vt nullius vnquam caede fuerit latatus, quin & iustus supplicis interdum illa crymauerit: sola est, in qua merito culpari possit, pecunia cupiditas: creditus est rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quo lo cupletiores dånaret, quibus idcirco pro spongiis vt dicebatur, quod iis, & siccos madefaceret, & humentes exprimeret: & tamen cum is esset (quod mirum sanè videri debet) erat in omne hominum genus liberalissimus. De cladibus, quibus affecit Iudæos legendus est Ioseph. libro 3. de bello Iudaico. Obiit sexagesimo nono ætatis anno, cæptoque iâ septuagesimo, Imperij verò

IV.
Vespasianus
Imperator
decimus.

Vespasianus
inuitatum
oblitus.
Clementia
Vespasiani.

Iosephus.

Vndecimus, Titus Vespasiani filius, cognomento Vespasianus ob patris memoriam: amor, ac delicia generis humani appellatus propter eximias animi, & corporis dotes, erat enim egregia forma, & cui non minus auctoritatis ineffet, quam gratia: ac debebant singularis clementia, liberalitas, honorificentia, contentusque pecunia: quadam die recordatus vespere nihil se cuiquam præstitisse: Amicos, inquit, perdidimus diem: illud obstinatissimè tenuit, ne quem sine spe dimitteret, quin & admonentibus domesticis quasi plura, quam posset præstare, polliceretur, respondit non oportere quemquam à sermone Principis tristem discedere. Viuente adhuc patre missus in Iudæam, vt bellum à se intermissum

V.
Titus imperator
vndecimus.

Iosephus.
De victoria
Iudeorum
Roma Titus
triumphum
egit.
Ioseph.

instauraret: Hierosolymam grauiſſima cinxit obſidione, tãdẽmque cepit, quem admodum fuſe narrat Iosephus lib. 6. & 7. de bello Iudaico: qua de victoria illuſtriſſimum Romæ triumphum egit vectus eadem cum patre quadriga: in cuius monumẽtum extat adhuc Romæ ad radices montis Palatini arcustriumphalis, quem ſæpe vidiſimus: quanam verò ex templo ſpolia in triumpho ducta fuerint, videre eſt apud Ioseph. lib. 7. de bello Iudaico, cap. 24. quid verò de Arca fœderis ſentiendum, diximus in noſtris ſuper Aggæum Prophetam commentariis. Imperauit duobus annis, ac tribus ſerè menſibus: obiit altero, & quadageſimo ætatis anno: cum lectica transferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis cælum, multumque conqueſtus, eripi ſibi vitam immerenti.

VI.
Domitianus
imperator
duodecimus.

Duodecimus Flauius Domitianus filius item Veſpaſiani, frater Titi, pubertatis, ac primæ adoleſcentiæ tẽpus tanta ineptia, & infamia geſſiſſe fertur, vt nullum vas argenteum in vſu haberet. Habitabat vnà cum patre, ſellamque eius, ac fratris, quoties prodirent, lectica ſequebatur: Iudæicum vtriuſque triumphum equo albo comitatus eſt: inter initia principatus, quotidie ſecretum ſibi horarium ſumere ſolebat, nec quicquam amplius, quàm muſcas captare, ac ſtylo præacuto conſigere: vt cuidam interroganti, eſſetne quis intus cum Cæſare? non abſurdè reſponſum ſit à Vibio Criſpo: *Nemusca quidem, ſagitta tanta arte direxit, vt nonnunquam in pueri procul ſtantis, præbentis que ſcopo diſpanſam dextra manus palmam ita certò collimaret, vt omnes per interualla digitorum innocuè euaderent.* Quanquam verò principio ab omni cæde abhorruit, poſtea tamen apparuit non naturæ, ſed artiſicij fuiſſe, nam leuiſſimis de cauſis homines etiam nobiliſſimos trucidabat, eò proceſſit amentia vt ſe Deum nominaret: nam eum procuratorum ſuorum nomine formalem dicitaret epistolam, ſic cepit: *Dominus, & Deus noſter ſe fieri iubet:* vnde inſtitutum poſthac, vt ne ſcripto quidem, ac ſermone cuiusquam aliter appellaretur. Itaque facta conſpiratione contrucidatus occubuit anno ætatis quadageſimo quinto, imperij quinto decimo: eius cæde ſenatus adeò lætatus eſt, vt repleta certatim curia ſibi non temperauerit, quin mortuum contumelioliſſimo, atque acerbiffimo acclamationum genere laceraret, ſcalas etiam inferri, clypeòsque eius, & imagines palam detrahi, & ibidem ad ſolum allidi iuberet, nouiſſimè eradendos vbique titulos, omnemque memoriam abolendam decerneret. Quid mirum igitur, ſi tam inſigni crudelitate, & impietate imperator ſecundam aduerſus Eccleſiam perſecutionem commouerit: cuius initium in nono anno eius imperij ponendum eſt, vt tradit eruditiffimus, omniſque memoriæ ſcriptor, Cardinaliſque meritiſſimus Cæſ. Bar. tom. 1. ſuorum Annal. Eccleſ. anno Chriſti 92. Sed eo tempore non tam læua fuit perſecutio, quemadmodum 14. anno imperij, ex quo tempore Diuus Hieronymus lib. de viris illuſtr. perſecutionem Domitiani ceptam eſſe docet: & Euseb. etiam propè finem eius imperij hanc perſecutionem conſtituit. Domitianus fuit, qui Ioannem noſtrum Epheli commorantem Romam vincum à Proconſule Aſiæ mitti imperauit, Romæque in ſeruentis olei dolium coniecit, nihilque diuinitus ab oleo patientem, quin & vegetiorem exeuntem in Pathmos inſulam relegauit, vbi ei Apocalypſis myſteria oſtenſa fuerunt: quemadmodum tradunt Tertullianus lib. de præſcript. cap. 36. & D. Hieronymus de viris illuſtribus in Ioanne: Cletum Romanum Pontificem religionis etiam cauſa interfecit: Antipam, cuius meminit Ioan. cap. 2. huius operis, Pergami martyrem fecit, multosque alios illuſtriſſimos hereticoſque martyrio coronauit.

In dirigendis
ſagittis excel-
luit Domitia-
nus.

Domitianus
ſe Deum no-
minauit.

Baronius.
D. Hieron.
Eusebius.
Quo tempore
ſecunda Ec-
cleſia perſe-
cutio ince-
perit. Euan-
geſta in
Pathmos re-
legatur.
Tertullian.
Apocal. 2.

Tertia Ecclesiae persecutio sub Traiano.

SECTIO III.

Decimus tertius ordine imperator, qui Romanum imperium tenuit, fuit I. Nerua Cocceius: is post Domitiani caedem Romae declaratur imperator. Statim initio imperij rescidit acta Domitiani, absolvens omnes, qui religionis causa rei sub Domitiano fuerant, exulesque in patriam reducens: in quibus & nostrum Ioannem relegatum à Domitiano in Pathum infulam reuocauit: imò, ut refert Dion Cassius, edicto vetuit, ne liceret aut impietatis, aut Iudaicae sectae quempiam deinceps in simulari, & iis, quos Domitianus, dum imperaret, bonis, atque fortunis iniuste spoliauerat, restitui præcepit, quae in aula reperta fuissent. In curia illud iurauit, suo iussu neminem senatorum occisum iri, quod sacramentum iniolatum seruauit etiam insidiis petrus, dignus sanè imperator, qui diuitius imperasset. Obiit aëno aetatis quinto, & sexagesimo, postquam vnum tantum annum, & aliquot menses imperasset. Cum ob senectam amissa reuerentia omnibus contemptui quodammodo esset, in Capitolium ascendens, & quod felix, faustique s. p. l. r. & mihi ipsi sit præfatus M. Vlpium Traianum adoptauit, moxque in curia Caesarem designauit, ad quem imperij iura, atque insignia hoc verfu militum Germaniam, cui præerat.

Tibi habe tuas lacrymas ueliscere nostras.

In quo sanè bonitas Neruae, & in Rem publicam studium singulare resplenduit: cum enim nulla ei intercederet cum Traiano cognatio, publicam tamen utilitatem societati sanguinis anteposuit, neque eò dereritus, quòd Traianus genere esset Hispanus, nec ex Italia oriundus.

Decimus quartus Traianus. Nerua quadragesimum secundum agebat annum, cum cepit imperare: cognomen Neruae in memoriã adoptiui patris assumpsit, imperauitque annis decem, & nouem, sex mēibus, diebus quindecim: natione Hispanus, ex vrbe Italica oriundus: ex Germania, ubi tūc erat statim post obitū Neruae inter alia edicta illud etiam militi ad senatū, nunquā suo iussu bonū virū occisum iri, aut ignominia notādū, quod non tantum iur eiurādo confirmauit, sed toto imperij tempore iniolatum seruauit. Natura magnificus, & appetēs gloriæ: talis, tantūque imperator non tantum rerum præclarè in bello gestarū magnitudine, sed etiā naturā insita bonitate, ut in acclamationibus principibus exhiberi solitis, iis Augusti felicitatem, & Traianus bonitatem adprecarentur. Et quidem omnis memoriæ Princeps Traianus fuisset, nisi leges æquissimas, quas ad bonam imperij administrationē sanxerat, superstitioso Deorū cultu scāderat, & in Christianos grauissima, & acerbissima persecutio, quæ tertia fuit in ordine, delatūisset: quæ persecutio coepta est anno Christi centesimo. Clem. Roman. Pontif. Diis sacrificare recusantem relegauit in Pontū cum plurimis aliis Christianis, ubi postea martyrio coronatus est anno tertio Traiani. Deinde rescribens Traianus ad literas Plinij summiq; qui Bithyniam administrabat, in quibus, quæ deberet in irrationem cum Christianis, interrogabat, mandauit, ne conquirentur Christiani, sed delati, & redarguti punirentur, contra quod mandatum eleganter scribit Tertullianus in Apologetico, ubi inter alia, & sententiam, inquit, necessitate confusam negat inquirendos ut innocentes, & mandat p̄m̄iri ut nocentes, parcat, & scuit, dissimulat, & animi aduertit: quid temeris sum censuræ circumueni: si damnas, cur nō & inquire: si hō inquire, cur non & absolu: Latronibus vestigandis per uniuersas provincias militaris statio sortitur: in

Decimus tertius Imperator Nerua.

Ab exilio reuocatur Ioannes.

II. Decimus quartus Traianus Nerua.

Quo tempore tertia persecutio coepta.

Tertullianus.

reos maiestatis, & publicos hostes omnis homo miles est, ad socios, ad confcios inquisitio usque extenditur: solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio, quam oblatio: damnatus ergo oblatum, quem nemo voluit requisitum, qui puto iam non meruit ideo poenam, quia nocens est, sed quia non requirendus inuentus. Hæc ille. Simeonem fratrem Domini & ceterum, filium Cleophae Hierosolymitanum Episcopum in crucem egit: vt refert Euseb. in Chronicis, & lib. 3. hist. cap. 26. ex Hegesippo. Ignatium Antiochenum Episcopum Leonibus dilaniandum obiecit, vt refert, Euseb. lib. 3. hist. cap. 10. Onesimum Pauli discipulum Ephesiorum Antistitem lapidibus obruit. Anacletum Papam interfecit. Traiani quoque temporos sanctus Mantius vnus ex septuaginta Christi discipulis, & primus Eborensis vrbis in Lusitania Episcopus in eadem vrbe illustissimi martyrij palmam fuit consecutus, vt referunt Refend. in libello de Eboræ antiq. cap. 99. & Amb. Moralibus lib. 9. Chronic. Hisp. ex quo maxima Eboræ etiam in Christiana religione antiquitas liquidd colligitur, fuit eius corpus non longè ab eadem vrbe sepultum, sed in exidio Hispaniæ ad Asturias delatum, & in oppido Villæ Nouæ quoddam dicitur D. Mantij appellatur, in cœnobio ordinis S. Benedicti in Cæcæci Palentina à Telo Menesio in eiusdem honorem erecto collocatum. Postea anno 1591. Theotonius à Bragantia Iametis 4. Bragantiæ Ducis filius, Eborensis Archiepiscopus, vt in sua Ecclesia Dei, & sanctorum cultus, pietas, & religio augetur, aliquid reliquiarum ex tanto thesauro Eborensibus suis iure debito, quanta maxima potuit contentione, decerpere procurauit: tandemque fauente Philippo II. Hispaniarum Rege, à supradicti cœnobij Abbate, ipsòque conuentu vnum crus S. Mantij dono accepit, in vrbemque maxima omnium ordinum frequentia, atque læticia cum ingenti pompa, apparatusque inuexit, & crystallina theca inclusum, auròque eleganter exornatum in maximo templo collocauit.

Simeon
frater Domini
in crucem
egit.
Euseb. lib. 3. hist. cap. 10.
Onesimus
Pauli discipulum
Ephesiorum
Antistitem
lapidibus
obruit.
Anacletum
Papam
interfecit.
Traiani
quoque
temporos
sanctus
Mantius
vnus ex
septuaginta
Christi
discipulis,
& primus
Eborensis
vrbis in
Lusitania
Episcopus
in eadem
vrbe
illustissimi
martyrij
palmam
fuit
consecutus,
vt referunt
Refend. in
libello de
Eboræ
antiq. cap. 99.
& Amb. Mora.
lib. 9. Chronic.
Hisp. ex
quo maxima
Eboræ
etiam in
Christianâ
religione
antiquitas
liquidd
colligitur,
fuit eius
corpus non
longè ab
eadem vrbe
sepultum,
sed in
exidio
Hispaniæ
ad Asturias
delatum,
& in
oppido
Villæ Nouæ
quoddam
dicitur
D. Mantij
appellatur,
in cœnobio
ordinis
S. Benedicti
in Cæcæci
Palentina
à Telo
Menesio
in eiusdem
honorem
erecto
collocatum.
Postea
anno 1591.
Theotonius
à Bragantia
Iametis 4.
Bragantiæ
Ducis filius,
Eborensis
Archiepiscopus,
vt in sua
Ecclesia
Dei, & sanctorum
cultus,
pietas,
& religio
augetur,
aliquid
reliquiarum
ex tanto
thesauro
Eborensibus
suis iure
debito,
quanta
maxima
potuit
contentione,
decerpere
procurauit:
tandemque
fauente
Philippo II.
Hispaniarum
Rege, à
supradicti
cœnobij
Abbate,
ipsòque
conuentu
vnum
crus S.
Mantij
dono
accepit,
in vrbem
que
maxima
omnium
ordinum
frequentia,
atque
læticia
cum
ingenti
pompa,
apparatus
que
inuexit,
& crystallina
theca
inclusum,
auròque
eleganter
exornatum
in maximo
templo
collocauit.

III. Verùm, vt ad Ecclesia sub Traiano persecutionem reuertamur, cum is Persis debellatis Antiochiam reuertisset, narrat Niceph. lib. 3. cap. 23. multos Christianorum petemisse, in iis & quinque virgines fidem palam profitescentes igni cremasse, ac per summam crudelitatem earum ossibus combustis, cineribusque æri permixtis ænea vasa fieri mandasse, diuersaque publico lauacro à se magnificentissime cõstructo. Verùm sanctitatem virginum, rei que ipsius atrocitatem Deus insigni miraculo declarauit: etenim quicunque eò lauatum ingrediebatur, inquit Niceph. vbi primum calidas aquas attigisset, caligine simul, & vertigine correpti cum impetu inde procurrerent, concidebantque: causa autem eius mali cognita Traianus, vt alia ex ære puro vasa balneo pararentur, mandat, priora autem illa in fornacibus confata in quinque transformat statuas, easque virginum combustarum forma, & habitu pro balneo collocat. Atque hæc breuiter de tertia persecutione sub Traiano, quam tamen ipse ad finem imperij sui repressit, vt auctor est Suidas in historic. verb. Traianus imperator. Tiberianus, inquit, qui prima Palæstina regi præerat, ad Traianum retulit se non parem esse Christianis occidendis, qui vltro supplicia appetere, vnde Traianus omnibus præfatis suis mandauit, ne eos supplicia afficerent.

Insigni miraculo
virginum
sanctitas
declarata.
Suidas.

III. Quæstio de anima Traiani D. Io. Dam. Petr. Dam. Greg. Stromacholaborari. Ioan. Diac.

Peructus, & celebris quæstio est de anima Traiani: etenim D. Greg. Papam eam suis precibus ex inferiorum poenis liberasse refert D. Ioan. Damalc. in orat. de mortuis, vbi ait hoc ipsum totum Orientem, Occidentemque testari, eandemque historiam Græci habent in suo Euchologio cap. 96. de mort. idem affirmant Petr. Dam. in libro Vatiacæ bibliothecæ, vbi ait, Greg. eò quod id petere præsumpsisset, illam à Deo inflatam penitentiam, vt perpetuo stomachi dolore laboraret: Ioannes Diaconus lib. 2. vitæ beati Gregorij cap. 44. eandemque historiam

storiam admittit D. Tho. in 1. Sententiarum, distinct. 43. quæst. 2. & in 4. dist. 45. & Abulens. in 4. libr. Reg. quæst. 57. quam sententiam pugnacissimè tuetur quidam Alfonso Ciaconius in sua de hac re Apologia, ubi contendit Traiani animam in cælo nunc esse beatam, in eiusque confirmationem affert testimonia sanctæ Brigittæ, & S. Mechthildis, quibus ait id geulatum fuisse diuinitus: Cæterum non sine probabilitate ea de Traiani anima historia plerisque doctis viris habetur suspecta, existimantibus eam orationem non esse Damasceni, sed illi ab auctore falso adscriptam, in quibus est Melchior Canus libr. 11. de locis Theologicis cap. 2. Nec verò in huiusmodi rebus priuatæ reuelationes multum habent momenti: etenim in reuelatione, quæ dicitur facta Mechthildi, coniungitur Traianus cum Origene, cum tamen in prato spirituali, quod citatur à septima Synodo, & à Ioanne Diacono lib. 2. vitæ B. Greg. cap. 45. commemoretur alia reuelatio, qua Origenes visus est apud inferos simul cum Ario, & Nestorio.

D. Thom.
Abulens.
Alf. Ciacon.

Canus.

7. Synodus.
Ioan. Diacon.

Quarta Ecclesiæ persecutio sub Aelio Adriano commemoratur.

SECTIO III.

Quoniam alij in Ecclesiæ persecutionibus commemorandis diuersum ordinem sequantur, nos tamen quartam sub hoc Imperatore Ecclesiæ persecutionem ponimus, id quod quanto iure fecerimus, ex iis, quæ dicemus, intelliges. Decimus quintus igitur Romanorum Imperator fuit Aelius Adrianus, quem nunquam viuens Traianus adoptauit, quamquam erat illi popularis, sub eo educatus, & affinis etiam, ut potè cui nupserat sororis Traiani filia. Cum Traianus sine liberis excessisset, Cæsarem eum, & Imperatorem Tatianus eius municeps, & Cæsaris procurator perfectionem declarauit. Supra modum ambitiosus, ut ait Dion Cassius, ut potè qui cetera omnia etiam minima tractauerit, ne à quoquam vllò in genere vinceretur. Pinxit venustissimè, atque etiam effigies è cera, & creta formauit. Iactabat præterea se nihil eorum ignorare, quæ aut in pace, aut in bello, siue ad Regem, siue ad priuatum pertinerent. Non agrè ferebat admoneri, & corrigi vel ab humili persona. Transientem mulier rogauit, ut se audiret, cui cum ille respondisset, *Optum mihi non est*: illa deinde clamans ait, *Noli ergo imperare*; tum eam conuersus audiuit. Hierosolymam urbem pridem euerisam rursus habitari iussit, atque è suo nomine *Aeliam* Capitolinam appellauit. Ioui item ex aduerso templi ædem excitauit. Bellum hinc graue, & diuturnum natum est: indignabantur enim Iudæi peregrinos secum in vrbe habitare, & illud multò adhuc ferebant grauius externa sacra in ciuitate fieri, & æternorum Deorum imagines collocari. Itaque cum tumultuarentur, & in bellum ruerent, Adrianus præcipuos Romanorum duces aduersus eos misit, primùm que Iulium Seuerum in Iudæam ex Britannia enotauit, qui diuisos odortus, carptim, ut quosque poterat, comprehendens, tandem penitus oppressit. Arces eorum quinquaginta celeberrimæ dirutæ sunt: vici ad nongentos, & octoginta quinque sanè frequentes, & nominatissimi direpti, & mox igne consumpti: viri in excursionibus, & prælijs ad quinquaginta millia cæsi: fame, morbis, & igne ingens multitudo absumpta. Sic fere omnis Iudæa euerisæ, & Iudæi ab Hierosolymis ablegati, prohibiti que ne vltra ad eam urbem reuertentur, quod nonnulli prædictum volunt ab Esaja illis verbis capite 33. *Cernent terram de longe*. Huius Imperatoris tempore floruit celebris ille Similis, qui deposita præfectura, quam inuitus acceperat, in agro septem annos (quod fuit reliquum vitæ)

D. Cassius
quintus Im-
perator E-
lius Adrian.

Dion. Cass.

Iudæorum
euerisio impe-
rante Aelio.
Esai 33. 17.

in otio, & quiete exegit, atque hæc moriens sepulchro inferibi iussit: *similis hic iacet, cuius ætas quidem multorum annorum fuit; septem tamen duntaxat annis vixit.* Adrianus sepe in mortem consciscere tentavit, sed nemo nec venenum, nec gladium porrigebat: sepe de minimis, & pollicitationibus plures permovere aggressus est, sed irrita omnia: demum consilio medicorum abstinuit cibo, & potu, atque ita obiit dicens illud populo vulgatum: *Turba medicorum interfecit Regem.* Vixit annos duos, & sexaginta, menses quinque, dies sex: imperavit annos viginti, menses vndecim. Sub hoc ipso Imperatore facimus quartam Ecclesie persecutionem, vt etiam scribit Seuerus lib. 2. historia.

Seuerus.

lib. 2.

Placidi, & Theopista martyrium.

Euaristus, & Alexander Papa martyrio coronantur.

Cas. Baron. Tertullian.

Christiani nulla seruata iudicii dispositione ad eadem rapiuntur.

Euseb. Cas.

Et quidem negari haud quaquam potest Adrianum in Christianos sauijse vel in ipso initio Imperij: nam religionis causa Eustachium, dictum alio nomine Placidum, rerum in bello gestarum gloria celeberrimum, & coniugem Theopistam leonibus obici imperavit, qui cum diuinitus compressi illis minime nocerent, ira efferuescens vt alger Phalaris bouem æneum efformari præcepit, in quem tunc etiam glorioso, & illustri martyrio vitam finierunt. Sub eo etiam Euaristus Papa, Faustinus Presbyter, & Iouita Diagonus, Alexander Papa cum socijs Euentio, ac Theodulo Presbyteris sub Aureliano iudice illustri martyrio coronantur: imò & eius tempore, vt recte ait Cæsar Baron. tomo 2. Anapalium, anno Christi 124. contigit sub Artio Antonino in Asia proconsole illud, quod commemorat Tertullianus ad Sæpalam, cap. vlt. *Arrius, inquit, Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt: cum ille paucis duci iussu reliquis ait, αδειλοι ει γελατε σποδινουεν, και μηδεις η σεργυς εγγετε: hoc est, o miseri si perire cupitis, precipite, aurestes habetis.* Fuit autem vsque ad eod sæua sub hoc Imperatore persecutio, vt ad fidelium damnationem nulla iudicij dispositio seruaretur, sed Christiani a quo cunque delati statim absque vlla alia inquisitione ad eadem raperentur. Id quod egregè ferens vnus ex Imperatoris præsidibus Serenius Granianus ad Imperatorem de ea iniquitate iudicioru scribendum putauit, vt auctor est Eusebius Cæsar. in Chronicis, *Serenius, inquit, Granianus legatus vir apprime nobilis literas ad Imperatorem mittit iniquissimum esse dicens clamoribus vulgi innocensimum hominum sanguinem concedi, & sine vilo crimine nominis tantum, & scilicet reos fieri: quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano proconsuli Asia scripsit sine obiectu criminum Christianos non condemnandos. Cuius epistola vsque ad nostram memoriam durat exemplum.* Hæc ille. Ex his perspicuum relinquitur iure optimo quartam Ecclesie persecutionem sub hoc esse Imperatore constituendam.

Quinta Ecclesie persecutio sub M. Aurelio Antonino, & Lucio Aurelio Vero Commodo.

SECTIO V.

Alius Hadrianus suo, moribusque ingrauescentibus Lucium Ceionium Commodum, qui & Ælius verus dictus est, adoptauit, atque suum in Imperio successorem declarauit: datum populo congiarium eius adoptionis causa: tantumque apud Hadrianum principem valuit, vt præter adoptionis affectum solus omnia, quæ cuperet, etiam per literas impetraret. Sed adeo affecta fuit valetudinis, vt Hadrianum statim adoptionis penituerit, sepeque de illo dixit,

Ostendente terra hunc tantum sata, neque vltra esse sinent: Quos vetulus cum aliquando in hortulo spatians tantitate, & vnus ex presentibus adderet.

Adrianum

Nimum vobis Romana propaga.

visa potens superi, propriis hac si dona fuissent.

Hadrianus dixisse fertur, *Hos versus vita non capit veri*, illud addens,

Manibus dare lilia plenis:

Purpureos spargam flores, animamque nepotii

Et saltem accumularem donis, & fungar inani

Munere.

Itaque eo obeunte

Hadrianus Antoninum adoptavit Pium cognomine appellatum addita illa conditione, ut ipse quoque sibi adoptaret Marcum Antoninum fratris uxoris suae filium, & Lucium Verum Aelij Veri, qui ab Hadriano fuerat adoptatus, filium, qui postea Verus Antoninus est dictus. Igitur mortuo Hadriano quàm primùm M. Antoninus Pius imperium obtinuit decimus sextus ordine Imperator, numeratæque inter optimos principes: qui obiit anno ætatis septuagesimo, mortique proximus M. Antonino, quem adoptaverat, imperium, & filiam suam Faustina quam ipsi locauerat, commendavit, fortunamque auream, quæ in cubiculo principum poni solebat, transferri ad eum iussit.

M. Anton. Pius 16. imperator.

II.

Itaque successit in imperium M. Antoninus, qui communi appellatione dicitur Marcus Aurel. seu M. Aurel. Antoninus Verus cognomento Philosophus, decimus septimus Romanor. Imper. Is propinquum suum Lucium Annum Verum ad imperij partem nouo beneuolentiæ genere ascipit, quem Lucium Aurelium Verum Commodum appellauit, Caesaremque Augustum dixit, atque ex eo ceperunt pariter Rempub. gerere: *Tunc primum*, inquit Iulius Capitolin. *Romanum imperium duos Augustos habere cepit.* Fuit hic Marcus Aurelius Philosophiæ usque ad eum studiosus, ut annum duodecimum ingressus habitum Philosophorum sumpsit, & deinceps tolerantiam, siquidem studebat, in pallio humi cubabat, & vix matre impellente in strato pellibus lectulo accubabat: quod Philosophiæ studiū nec ad imperium euectus remisit: etenim ad domum Apollonij magistri iam imperator discendi causa ventitabat: audiuit & Sextum Cheronensem Plutarchi nepotem, & alios complures. Tantū autem honoris magistris suis detulit, ut eorum imagines haberet in larario, ac sepulchra eorum aditu, hostiis, floribusque sæper honoraret: illud Platonis semper in ore habuit, florere ciuitates, si aut Philosophi imperarent, aut imperatores philosopharentur. Educatus est in Hadriani imperatoris gremio, qui eum non Verū, sed Verissimū nominabat. Erat famæ suæ curiosissimus, & diligenter requirens quæ quisque de se diceret, emendās quæ bene reprehēsa viderentur. Ait Iulius Capitol. eū fulmen de cælo precibus cōtra hostium machinamenta extorsisse suis pluuia impetrata, eum sibi laborarent: verum id miraculi precibus vnius legionis Christianorum, quam in exercitu habebat, quæ propter miraculū fulminatrix appellata est, effectū fuisse certissimū est.

Aurelij imperatoris in Philosophia perdiscenda sedulitas maxima. Quanti fecerit magistro.

III.

Tertullian. Eusebius. Paul. Oros. Dio Cassius.

Iustin. Mart. Onuphrius. Panuinius.

Id verò quemadmodum acciderit, narrant Tertullianus in libro ad Scapulam cap. 4. & in Apologetico pro Christianis cap. 5. Eusebius in Chronicis, Paulus Orosius lib. 7. hist. cap. 9. & ex Gentilibus Dio Cassius in vita M. Aurelij: imo ipse met imperatoris celtatum reliquit in literis, quas ea de re ad senatum conscripsit, quæ ex latinis Græcæ factæ reperta sunt in bibliotheca Vaticana in fine vetustissimi codicis operum Iustini Philosophi, & martyris, eamque epistolam iterum translata affert ad verbum Onuphrius Panuinius libro 2. suorum commentariorum in Fastos, quos ipse composuit: & quoniam res fuit celeberrima, pauca ex ijs literis hic appingere sufficiat: *Deos*, inquit Marcus Aurelius, *uos susceptu rogavi, sed cum ab eis neglexeret, eos qui apud nos Christiani dicuntur, accersui,*

cumque se humi proiecissent, non solum precati sunt pro me, sed etiam pro toto hoc exercitu, ut famis, ac sitis, qua urgebamur, remedium aliquod afferretur: quinque enim diebus aquam non sumpseramus: simul autem atque se humi abiecerunt, statim de celo pluvia delapsa est in nos quidem frigidissima, in Romanorum vero hostes grando ignis specie, ac similitudine, & fulmina, eorumque orationibus statim praesto Deus fuit, qui neque vinci, nec expugnari potest. Haec ille. Quae miraculo commotus imperator finem persecutioni adversus Christianos imposuit: imò omnem, qui Christianum religionis causa accusasset, vivum exuri praecipit, ut iisdem literis continetur. Obiit imperij anno decimo octavo, etatis sexagesimo primo. Haec de Marco Aurelio: nunc de Lucio Vero simul cum eo imperante, quamvis ante Marcum obierit, pauca dicenda, & cum de Ecclesiae per utrumque persecutione nonnulla breviter delibanda. Quamquam verò prius Lucius, quam Marcus obierit, tamen prius de Marco dicendum nobis fuit, quo-

Iul. Capitol.

niam prius, quam Lucius imperavit. Igitur Lucius Verus Antoninus, ut ait Iulius Capitolinus, neque inter bonos, neque inter malos principes ponitur, quem constat nec in horuisse vitium, nec abundasse virtutibus. Fixisse deinde non in libero principatu, sed sub Marco in simili, ac pari maiestatis imperio. Notissimum eius fertur tale conuiuium, in quo primum duodecim dicuntur accubuisse, cum esset celeberrimum dictum illud de numero conuiuarum: *septem conuiuium, novem vero conuiuium*. Non longè ab Altino subito in vehiculo morbo, quem *Somnia* vocant, correptus, depositus è vehiculo detracto sanguine Altinum perductus, cum triduo mutus vixisset, apud Altinum periit: vixit annis quadraginta duobus, imperavit annis novem. quamvis Iulius Capitolinus, & Aurelius Victor cum vnde eam annis imperasse affirmant, post cuius obitum Marcus Aurelius solus imperium administravit.

Iul. Capitol.

Aurel. Vict.

IV.

Severus.

Eusebius.

Nunc de Ecclesia sub his duobus Imperatoribus, persecutione quinta in ordine iuxta nostram sententiam, & Severi lib. 2. sacrae historiae, haec pauca accipe: De ea ita loquitur Eusebius lib. 5. c. 1. *In Severo*, inquit, *locum Eleutheri duodecimum ab Apostolis successit: ad decimum septimum annum Imperij Antonini veri grauis, & acerba in nonnullis terrae partibus persecutionis procella ex temerario populi impetu per singulas urbes excitata contra nos ingrauescere cepit: ex quibus verbis colligit Card. Baron. tomo 2. Annaliū, anno Christi 164. hanc persecutionem non ex aliquo publico edicto, aut lege, quā*

Baronius.

Tertullian.

hi imperatores adversus Christianos promulgarint, quemadmodū testatur Tertullianus in Apologetico, c. 5. sed ex temerario populi impetu ortum habuisse, quem Proconsules in provinciis suis edictis inflammaverunt. Ceterum postea imperatorem legem tulisse, ut omnes diis sacrificarent: qui verò recusarent, damnarentur, patet ex antiquis actis plurimorum martyrum, imò, ut refert Eusebius li.

Eusebius.

Iustin. mar-

tyr quo tem-

poris marty-

rium subscri-

Eusebius.

4. c. 1. cum Marcum Aurelium praeses Galliarum consulisset, quid de Attalo, & qui confiterentur Christum, acerbissimis cruciatibus torquerentur, qui negaret, liberi dimitterentur. Vnde Iustinus Philosophus, & martyr non tantum ad ientatum, sed etiam ad hos duos imperatores secundam scripsit pro Christianis Apologiam, ut auctor est Eusebius lib. 4. cap. 15. eam ob causam martyrij palmam sub iisdem imperatoribus consecutus, non verò sub Hadriano, ut perperam in Epiphano haeresi 46. arrepsit, cum Iustinus ad Antoninum Pium Hadriani successorem Apologiam pro Christianis scripsit. Eodemque tempore martyrium subiit Polycarpus cum multis aliis, longè illustrissimus Smyrnenfis Antistes, cuius martyrium fusè commemorat Eusebius libro 4. cap. 14. Subière quoque martyrium Geruasius & Protasius tempore belli Marcomannici, ut putat Baron.

Polycarpus

martyrium

tulit.

Eusebius.

Baron.

tomo

tomo 2. Annal. anno Christi 171. Felicitas cum septem filiis Ianuario, Felice, Philippo, Sylvano, Alexandrino, Vitale, & Martiale, qui ante ipsius oculos interfecti sunt, quam idcirco D. Gregorius homil. 5. in Euangelia, pluiquam martyrem appellat. Soter Papa, aliique innumerabiles admirabili constantia, & inuicta animi magnitudine pro Christi fide sanguine, & vitam profuderunt, dñe obiit Marcus Aurelius Antoninus in expeditione Marcomannica ex morbo morte vltimaria ex cibi abstinentia, anno ætatis quinquagesimo nono, postquam decem, & nouem annis imperasset, quibus ferè totis hæc immanis persecutio perdurauit.

Sextam mouet aduersus Ecclesiam persecutionem
Septimius Seuerus.

SECTIO VI.

MARCO Aufelso Antonino, Commodus Antoninus XVIII. ordine Imperator vnicus eius filius hereditario iure in imperium successit, annum agens ferè decimum nonum. Fuit libidine, crudelitate, impietate incredibili: accepit duas statuas in Herculis habitu, eique immolatum est vt Deo. Tanta impudentia, vt cum muliebri veste in amphitheatro, vel theatro sedens publicè non semel biberit, & omnia, quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatorie, quæ leonificè faciebat, actis vrbis indi iuberet. Eius nefarijs in omni genere flagitijs incitati Quintus Al. Latus præfectus, & Martia eius concubina coniurationem ad eum occidendum iniierunt, dato ei primùm veneno, quod cum minis operaretur, per athletam, cum quo exerceri solebat, cum strangulari curarunt, post decimum tertium imperii annum. Acclamationes Senatus post mortem Commodi graues fderunt: *Hosti patria honores detrahantur: parricida honores detrahantur: parricida trahatur: hostis patria, parricida, gladiator in spoliaria lanicetur: carnis senatus more maiorum vnico trahatur: fauor Domitiano, impurior Nerone, sic fecit, sic patitur.* Reliqua apud Alium Lampridium consulantur.

Commodus Antonin. 18. Imperator.

Commodum subsequitur Publius Heluius Pertinax, decimus nonus Romanorum Imperator patre Libertino, qui, vt ait Iulius Capitolinus, filio nomen ex continuatione lignarie negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, impo-
posuisse fertur: sed probabilius tamen videtur, quod scribit Sextus Aurelius, ed-
quod coactus, repugnansque suscepit Imperium, id cognominis sortitum. Vir
certè, in quo belle fortuna ludit, vnde & fortuna pila dictus est: nam Libertino
patre genitus primùm Grammaticam est professus; deinde præfectus cohortis
in Syriam profectus, à præside Syriæ, quod sine diplomatibus cursum vsurpa-
uerat, pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter facere coactus est. In Mæ-
sia rexitalam, deinde alimentis diuidendis in via Emilia procurauit: inde classem
rexit Germanicam, consul postea designatus: studio M. Aurelij Imperatoris pro-
consul Africa factus est, in quo pro consulatu multas seditiones perpellus dici-
tur, tandem Imperator appellatus à militibus iam senio confectus, cum annos
sexaginta ætatis excederet. Sed ab iisdem res in pristinum statum reuocati non
ferentibus pauld post obtuncatus interijt, postquam vixisset sexaginta septem
annos, & menses quatuor, imperasset verò diebus octoginta duobus.

Publius Hel. ius 19. Imp. Jul. Capit. Sex. Aurel.

Pertinacem excepit Didius Iulianus patria Mediolanensis, vigesimus ordine Imperator à Prætorianis militibus electus, à quibusis mercatus pecunia Imperium dicitur, id quod populus agerrime tulit: quam ob causam in rostris, & ante

Didius Iulianus Imperator 20.

curiam ingentibus eum conuiuijs laceſſebat, & vſque ad lapidationem proſceſſit, deſcendentique cum militibus, & ſenatu in curiam diras fuit imprecatus. Ita que ſeptimo Imperij menſe, Septimij Seueri iuſſu, qui ſe Imperatorem appellauerat, damnaſatorum more necatur. Vixit annis quinquaſaginta ſex, menſibus quatuor, poſtquam in nobis menſibus, & quinque diebus imperaſſet.

III.

Septimus
Seuerus Im-
perator 21.Alius Spar-
tianus.Inſignis cru-
delitas Se-
ueri.

Inſerfecto Didio Septimius Seuerus ex Africa oriundus Imperium obtinuit, cum quadrageſimum ſeptimum annum ageret. Sub eo Eccleſia paſſa eſt ſextam perſecutionem grauiffimam. A Germanicis legionibus, vbi auditum eſt Commodum occiſum, Iulianum autem cum odio cunctorum imperare, multis hortantibus repugnans Imperator eſt appellatus. Crudeliſſimus fuit, vt ſcribit Alius Spartianus, vt pote qui quamplurimos ſenatores, alioſque viros nobiliſſimos indiſta cauſa trucidari præceperit, præter infinitâ obſcuro loci hominum multitudinem, quos leuiſſimis de cauſis vel veris, vel ſimularis occidit. Damnabantur plerique, quod iocati eſſent, alij quod tacuiſſent, alij quod pleraque figurata diſiſſent: multi etiam quaſi Chaldaeos, aut vates de ſua ſaluſe conſultiſſent, vt verè in eum Seueri nomen conueniret, cum tamen aliſqui ſtrenuiſſimus eſſet Imperator, & belli, domique rerum præclare geſtarum gloria floreret, quocirca de eo ſenatus ita iudicauit, illum aut naſci non debuiffe, aut non mori, quod & nimis crudelis, & nimis vtilis Reipub. videretur. Sed præter inſitam crudelitatem illud etiam ad Chriſtianos inſectandos impulit, quod cum ex Gallijs Viſtor Romam fuiſſet ouans ingreſſus, ſoli Chriſtiani officia illa publicæ lætitiæ, quæ ceteri præſtabant, vtpote à Chriſtiana temperantia, modèſtiæque abhorrentia prætermiſiſſe videbantur; hanc enim perſecutionis occaſionem tradit Tertullianus in Apolog. cap. 35. Propterea igitur, inquit, publici hoſtes Chriſtiani, quia Imperatoribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant, quia vera religionis homines etiam ſolemnia eorum conſcientia potius, quam læſcinia celebrant: grande videlicet officium focos, & thoros in publicum educere, vicatim epulari, cinitatem taberna habitu abolere, vinolentum cogere, catervatim curſitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras: ſiccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? hæcine ſolemnès dies prinæpium decent, quæ alios dies non decent? qui obſeruant diſciplinam de Caſarũ reſpectu, ij eam propter Caſarem deſerunt? & malorum morum licentia pietas erit? occaſio luxuriæ religio deputabitur? O nos merito damnandos! eny enim vota, & gaudia Caſarum caſti, & ſibi, & probi expungimus: cur die lato non laurũ poſtes obumbramus, nec lucernũ diem inſringimus? honeſta res eſt ſolemnitate publica exigente inducere domui tuæ habitum alicuius noui luſanariũ? Hæc ille. Itaque exorta perſecutio grauiffima in fideles deſauijt, quam Paulus Oroſius lib. 7. cap. 17. quintam facit, nos ſextam iuxta noſtram ſuppurationem facimus cum alijs: multi exquisitiſſimis tormentorum generibus cruciabantur, de quibus eodem libro Tertullianus diſſerens: Crucibus, inquit, & ſtipiti- bus imponitis Chriſtianos, & in quibus deraditis latera Chriſtianorum, ceruices ponimus ante plumbum, & glutinum; & gomphis: ad beſtias impellimur, ignibus urimur, in metalla damnamur, in inſulas relegamur. Et quoniam ſapiſſimè Chriſtiani ad ſtipitem alligati viuũ ignibus cremabantur, id nimirũ cauſa fuit, cur Chriſtiani Semaxij, & Sarmenitij dicerentur, quoniam ad ſtipitem dimidij aſſis reuincti, vt idem auctor eſt Tertullianus, ſarmentorum ambitu exurebantur. Tam grauis denique, & immanis fuit hæc perſecutio, vt non deſuerint, qui Antichriſti aduentum eo tempore appropinquare arbitrantur, quemadmodum ſcribit Eusebius lib. 6. cap. 77. Eodem, inquit, tempore Iudas alius ſcriptor in ſeptuaginta hebdomadas à Daniele deſcriptas commentarijs edidit, & in illis temporum ordinem ad decimum annum Imperij Seueri traxit,

Tertullian.

Paul Oroſ.

Tertullian.

Eusebius.

lus Oroſius lib. 7. cap. 17. quintam facit, nos ſextam iuxta noſtram ſuppurationem facimus cum alijs: multi exquisitiſſimis tormentorum generibus cruciabantur, de quibus eodem libro Tertullianus diſſerens: Crucibus, inquit, & ſtipiti- bus imponitis Chriſtianos, & in quibus deraditis latera Chriſtianorum, ceruices ponimus ante plumbum, & glutinum; & gomphis: ad beſtias impellimur, ignibus urimur, in metalla damnamur, in inſulas relegamur. Et quoniam ſapiſſimè Chriſtiani ad ſtipitem alligati viuũ ignibus cremabantur, id nimirũ cauſa fuit, cur Chriſtiani Semaxij, & Sarmenitij dicerentur, quoniam ad ſtipitem dimidij aſſis reuincti, vt idem auctor eſt Tertullianus, ſarmentorum ambitu exurebantur. Tam grauis denique, & immanis fuit hæc perſecutio, vt non deſuerint, qui Antichriſti aduentum eo tempore appropinquare arbitrantur, quemadmodum ſcribit Eusebius lib. 6. cap. 77. Eodem, inquit, tempore Iudas alius ſcriptor in ſeptuaginta hebdomadas à Daniele deſcriptas commentarijs edidit, & in illis temporum ordinem ad decimum annum Imperij Seueri traxit,

tradidit, qui etiam scriptor, propterea quod persecutionu tumultus contra nos excitatus mul-
 torum mentes tam grauius perturbaret, Antichristi aduentum ore omnium, atque sermone
 iactatum iam tum appropinquare arbitratus est. Hoc tempore Victor Pontifex Maxi-
 mus, & Leonides pater Origenis, alique innumeri ex Aegypto, & vniuersa The-
 baide, multique eiusdem Origenis discipuli, imo & nonnulla feminae ex iu-
 dem schola: Perpetua item, ac Felicitas, & nobilis scriptor Irenaeus Lugdu-
 nensis Antistes, alique permulti in varijs Imperij prouincijs martyrium subie-
 runt. De ipso vero Origene, eiusque martyrij lubeundi inflammato studio, etiam
 cum adhuc esset adoleſcētulus, & pater eius iam in carcere detineretur, haec scri-
 bit Euseb. lib. 6. hist. cap. 2. & 3. quae praetermittenda non duximus. Cum Severus,
 inquit, iam 10. Imperij sui annum ageret, & persecutio eius ardor, quos die magis, ma-
 gisque incendere, & ferè infiniti corona decerentur martyrij, tantus amor tantaque
 martyrij cupiditas animum Origena, cum adhuc valde tenera esset aetate, occupauit, ut prope
 se vltro offerret periculis, & alacri, ac propenso studio in certamen insiliret, irrueretque: ac
 iam parum aberat, quin per martyrium vitam deseruisset, nisi mater diuina quadam, &
 caelesti prouidentia, quae illum ad maximam plurimorum utilitatem seruabat incolumen im-
 pulsa, enixè eius cupiditati ad necem adeo incitacè percurrenti obstitisset: ipsa enim primum
 suppliciter orabat, ut mater in ergo amoris misericordiam caperet: vbi autem eum cum iam in-
 telligeret patrem prehensum carcerem custodiri, cupidius ad mortem properantem animaduertens,
 toto enim impetu, & animi conatu ad martyrium ferebatur omni eius Desiderio clam ablato,
 & interiores quosdam adiu recessus abdito, domi eum manere necessario coegit: iste autem, cum
 ardens illa praeter aetatem ad martyrium propensio magis, magisque inflamaretur adeo ut quie-
 scere non posset, ad patrem, vbi aliud nihil agere liceret, liceret, quibus eum ad martyrium im-
 pelleret, misit, in quibus eum huius ferè vocibus adhortatus est: Obfirma te pater, martyrium
 fortiter sustine, nec aliud quicquam nostra causa molire. Haec tenus Euseb. Perit Severus
 Eboraci in Britannia subactis gentibus, quae Britanniae videbantur infectae, anno
 Imperij ferè 18. morbo grauissimo extinctus iam senex, ut potè post annos aetatis
 65. menses 9. dies 15. Reliquit filios duos Antoninum Bassianum, & Getam, cui &
 ipse in honorem Marci Antonini nomen imposuit.

Leonides Ori-
 genis pater,
 & multi alij
 martyrium
 subeunt.

Eusebius.

Origenes
 martyrij cu-
 piditate ar-
 det.

Origenes ad
 martyrium
 patrem liti-
 ris hortatur.

Septima sub Iulio Maximino Ecclesiae persecutio.

SECTIO. VII.

D Vos liberos reliquit Severus Getam, & Bassianum, quorum Bassianus in
 patrem adhuc viuentem contumax, nec minus in fratrem Getam impius,
 quem patre mortuo statim occiderit: itaque Bassianus solus imperium obtinuit,
 dictus a patre dum viueret, Antoninus, ut superius diximus, & ob vestem tala-
 rem e Gallis aduectam, quam populo Romano donauit, Caracalla cognomina-
 tus, vigesimus secundus Romanorum Imperator. Fuit Antoninus Bassianus Ca-
 racalla spectatae clementiae in pueritia, nam si quando feris obiectos damnatos
 vidit, aut fleuit, auertit oculos, ut refert Aelius Spartianus: egressus pueritiam
 vultu truculentior, Imperator factus etiam effectus crudelior: Alexandri Magni
 admirator fuit: quem collo in laeuum humerum deorto reddere cuperet: sexto
 decimum Imperij anno, cum carris iter faceret, apud Edessam a milite, qui quasi ad
 custodiam sequebatur, interfectus est, animum agens 30. relinquens filium Anto-
 ninum Heliogabalum ex Semia, vel Semiamita consobrina occultè stuprata su-
 sceptrum in Imperio successorem. Sed antequam is imperaret, inuasit Imperium

II

Antoninus
 Bassianus, 22.
 Rom. Impera-
 tor.

Aelius Spar.

qu. 1. 1. 3.

T



*Opilius Ma-
crinus impe-
rator 23.
Iul. Capit.*

Opilius Macrinus præfectus prætorij, cõscius necis Antonini, humili natus loco, & animi, acque oris inuerecundi, seque nunc Seuerum, nunc Antoninum, cum in odio esset omnium, nuncupauit, ut auctor est Iulius Capitolinus, quãuis senatus eum Imperatoris odio Antonini Bassiani libenter acceperit. Asciiuit quãmprimum sibi in Imperio sociũ filium Dis Iumenũ, quem ad beneuolentiam conciliandam Antoninum appellari iussit, quoddã sciret ob uestimenta, & congiaria data populo, mirificè dilectũ a plebe Antoninum: sed profectus contra Parthos, conflictu habito, defectu legionũ, quæ ad Vadium Heliogabalum confugerant, interemptus cum filio Diadumeno periit, postquam mentes quatuordecim imperasset.

*II.
M. Aurelius
Antoninus
Heliogabalus
Imperator
24.*

Itaque tunc hæreditario iure cepellit Imperium Marcus Aurelius Antoninus Varius Heliogabalus Quartum decimum ætatis annum agens, Caracalla, ut diximus, filius, cognominatus Heliogabalus, quod in Phœnicia sacerdos fuisset Solis, quem Phœnices eo nomine appellabant: Antonini nomen sumpsit vel in argumentum generis, vel quod id nomen usque aded charum esse cognouerit gentibus, ut etiam parricida Bassianus causa eius nominis amaretur. Itaque prius dictus est Varius, post Heliogabalus, postremò, cum accepit Imperium, Antoninus, fuitque in Romano Imperio Antoninorum vltimus: nam propter inauditam, & ferè incredibilem hominis in omni genere libidinem nullus postea Romanorum Imperatorum Antonini cognomentum ausus est accipere, quod alioqui illustrissimũ, sanctũque habitum Heliogabalus proiecta sua, & insigni turpitudine ignominiosum reddiderat: sanè humana naturæ monstrum fuisse

*Ælius Lamp.
Herodianus.*

credi potest, ut ex iis, quæ Ælius Lampridius, Herodianus, alique scriptores memorie prodiderunt, liquidò apparet. Nullus enim principum ad hanc diem maiore libidinis flagrauit infamia, usque aded ut se in muliebrem sexum exsecari curauit: nullus maiori luxu opes prodegit Imperij, nullus vixit impurius, omnium religionum, Deorumque contemptor, præterquam patris numinis Heliogabali: quod èo magis mirandum videretur, quod cum quarto decimo anno ætatis inelamatus fuisset Imperator, duobus tantum annis Imperauit, & decimo sexto ætatis anno tumultu militari interfectus periit: mirum ea ætate omnes omnino mortales luxu, ac libidine superare potuisse! Eius corpus per vrbis vias more canini cadaueris à militibus tractum est militari cauillo appellantis indomita, & rabida libidinis catulum: nouissimè cum angustum foramen cloacæ corpus minimè reciperet, usque ad Tiberim deductum adiecto pondere, ne vnquam emergeret, in fluium proiectum est, vnde & Tiberinus, Traiecturusque est appellatus.

*III.
Alexander
Seuerus 25.
Imperator.*

Eo interfecto recepit habenas Imperij Alexander Seuerus vigesimus quintus ordine Imperator meliore orbis fato, ex Mammaeæ consobrinus Heliogabalo, ab eoque, dum viueret, adoptatus, quod Heliogabalus nullum haberet filium: Alexandri nomen accepit, quod in templo dicato apud Arcenam vrbem Alexandro Magno natus esset, cum casu illuc die festo Alexandri pater, cum vxore patriæ solennitatis implendæ causa venisset: singulari Princeps Clementia, ita ut eius Imperium, *ἄνευ αἵματος*, id est, sine sanguine dictum fuerit: comitate etiam eximia Dominum se appellari vetuit, & epistolas ad se quasi ad priuatum scribi iussit, seruatò tantum nomine Imperatoris, Nomen Antonini, & Magni delatum sibi à senatu recusauit, quod onerosum esse diceret tantorum nominum maiestati satisficere, ut fuse refert Ælius Lampridius. Ceterum Seueri nomen libenter accepit,

Ælius Lamp.

quod illi milites indiderunt ob ingentem vigorem animi, & admirandam, singularemque constantiam contra militum insolentiam. Omnibus se blandum asfabilẽque præbebat usque adeo, ut amicos non solum primi, ac secundi loci, sed etiam

etiam inferiores ægotantes vileret: sibi ab omnibus liberè, qua sentiebant, dici cuperet: cum dictum esset, audiret: cum audisset, vt res polcebat, emendaret: itaque cum ei obicerent nimiam ciuilitatem Mammea mater, & vxor Memmia Sulpicij consularis viri filia, sapèque dicerent, molliorem tibi potestatem, & cõtempibiliorem imperij fecisti, sed securiorem, inquit, atque diuturniorem, sanè ob præclaras naturæ dotes, imperatoriæque virtutes omnis memoriæ princeps censeri debet, quas singulari in Christianos beneuolentia cumulauit: passus est enim Christianos esse, uno, vt auctor est Lampridius, in maiori laratio, in quodiuos principes, deosque gentilico more venerabatur, Christi quoque habebat effigiem, eique templum erigere cogitauit: licet aliquorum præsidum iniustitia, præcipueque Vlpiani Iuriscõsulti opera nonnulli Christiani interfecti legantur initio imperij Alexandri: quod adhuc penè puer, vt potè decimum sextum agens annum à viris grauiissimis, quorum consilio administrabat imperium, facile eo adduci poterat, vt Christianos prætextu non religionis, sed iustitiæ, aliisque nominibus, quæ Vlpiano Christianorum hosti infensissimo haud difficile erat obtendere, capite plecteret. Clamabat sæpius quod à quibusdam Christianis audierat, idque per præconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat: *Quod tibi sermone vis, alicui ne feceris: quam sententiam vique adeo dilexit, vt & in palatio, & in publicis operibus perferibi iuberet. Quamquam verò his omnibus virtutibus abundaret, milites tamen nimiam eius seueritatem, & longè maiorem post Heliogabalum non tulerunt: agentem eum cum paucis in Britannia, vt alij volunt, in Gallia, non ex omnium sententia, sed latrocinantium modo quidam milites, & ij præcipue, qui Heliogabali præmiis effloruerant, occiderunt, postquam vixisset annis 29. mensibus tribus, diebus septem, ac tredecim annis imperasset: fuisse post obitum ascriptum in Deorum numerum affirmat D. Chrysoſt. homilia 26. in 2. Epistolam ad Corinth.*

Lampridius.

D. Chrysoſt.

Successit vigesimo sexto loco in imperium Iulius Maximinus Thrax gente, & sæuitia insignis, qui septimum aduersus Ecclesiã bellũ mouit: in prima pueritia pastor nonnunquã procer, qui latro nibus insidiaretur, & suos ab incurtionibus vindicaret, vt ait Iulius Capitolinus: magnitudine corporis ferè Gigætea cõspicuum, virtute inter omnes milites clarus, forma virili decorus, ferus moribus, asper, superbus, prima stipendia illa equeſtria fuere sub Seuero, cui vt notus esset, hæc fuit causa. Natali Getæ filij minoris Seuerus milites dabat ludos propositis præmiis argenteis, id est, armillis, torquibus, & balteolis: hic adoleſcens & leuissimus, & vix adhuc latina peritus linguæ ab imperatore publicè petiit, vt sibi potestatem faceret cõtendendi cõ iis, qui in medio erit loco militaret: magnitudine corporis Seuerus miratus, primũ eum cõ iis cõposuit, sed fortissimis quibusque. Tũc Maximinus sexdecim lixas vno sudore deicit, sexdecim acceptis præmiis, munusculis nõ militariibus, iussusque militare. Tertia forte die cum processisset Seuerus ad capũ, in turba exultantẽ more barbarico Maximinũ vidit, iussusque statim tribuio, vt eũ coërceret, ac Romana disciplina imbueret: ille vbi de se intellexit imperatorẽ locutum, suspicatus barbarus & notũ se esse principi, & inter multos conspicuum, ad pedes imperatoris equitantis accessit: tũ volens Seuerus explorare, quãtus in currendo esset, equum multis circuitio nibus admisit, cumque imperator laborasset, nec ille tamen à currendo per multa spacia desisset, ait: Quid vis Thracisce? nunquid delectat iuctari post cursum: quantumlibet, inquit, Imperator: descendit Seuerus ex equo, & recentissimos quosque ac fortissimos milites ei comparari iussit: tum ille more solito septem fortissimos

III.
Iulius Maximinus 26.
Imperator.
Iulius Capitolinus.

vno sudore vicit: solusque omnium à Seuerò post argentea præmia torque aureo donatus est: iustusque inter stipatores corporis sui semper in aula cõsistere. Hinc factus inter milites clarus, amari à tribunis, à commilitonibus suspici, impetrare ab imperatore, quod vellet, eò adhuc adolescens esset, sed tamen longitudine corporis, & vastitate, ac forma, atque oculorum magnitudine, & candore omnes excelleret: tanta corporis magnitudine, vt octo pedum esset, & propè semis: pollice ita vasto, vt vxoris dextro cherio pro annulo vteretur: calceamētum eius pede maius hominis vestigio, atque mensura: tantis viribus, vt rhedam onustam solus moueret: equo si pugnum dedisset, dentes solueret, si calcem, crura frangeret: lapides tophicis friaret: arbores teneriores scinderet: alij denique eum Milonē Crotoniatem, alij Herculem, Antæum alij vocabant. Itaque tribunum legionis quartæ ex tyronibus, quam ipse Seuerus composuerat, effectit, eumque in hæc verba prouexit, *Veteres milites tibi, Maximine, idcirco non credidi, quod veritus sum, ne vitia eorum, quæ sub aliis inoleuerunt, emendare non posses: habes tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem, eos fac militiam addiscere, vt tibi multos Maximinos Republica optabiles solus efficias.*

V. Occiso itaque Alexandro Maximinus primùm è corpore militari nondum senator sine decreto senatus Augustus ab exercitu est appellatus: respondebat vastitati corporis par crudelitas, ita vt illum alij Cyclopem, alij Bustridem, alij Scironem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, vel Gygem vocitaret. Illum Senatus tantùm timuit, vt vota in templis publicè, priuatimque mulieres etiam cum suis liberis facerent, ne vnquam urbem Romam videret: audiebat enim alios in crucem sublatos, alios animalibus nuper occisis inclusos, alios fetis obiectos, alios fustibus elisos, atque hæc sine delectu dignitatis. Non fuit animal in terris crudelius, omnia sic in viribus suis ponens, quasi non posset occidi, scelerum ob vitium, corporisque magnitudinem immortalem ducens. Quare non mirum, si initio statim imperij Christianos persequendos decreuerit, vt refert Euseb. lib. 6. cap. 21. *Maximinus, inquit, propter grauem inuidiam, quæ contra Alexandri familiam, in qua complures fideles, & Christiani versabantur, flagrabat, acerbam persecutionis tempestatem concitauit, insitque solos Ecclesiarum presides tanquam auctores doctrine Evangelicæ neci dari.* Hanc persecutionem sextam ordine ponit Orosius lib. 7. cap. 19. & Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 25. sed eam nos septimam constituimus, iuxta eam suppositionem, quam cum aliis auctoribus iam superius meliorem duximus.

Euseb.

Orosius.
D. August.

VI.

Iul. Capit.

Capitol.

Hoc tempore Pontianus, & Anterus Romanis Antistites martyrio coronantur, alique innumerabiles, vt par est credere de tam sæuo, immanique tyranno, vt in suos quoque vel fictis, vel minimis de causis crudeliter defæuere, nec nisi multis eorū millibus interfectis quiesceret, vt testatur Iulius Capitolinus: Ignobilitatis, inquit, tegenda causa omnes conscios generis sui interemit: nonnullos etiam amicos, qui ei sæpe misericordie, ac pietatis causa pleraque donauerant. Factionem quandam ipse finxisse perhibetur, vt vim crudelitatis augetet: denique sine iudicio, sine accusatione, sine delatore, sine defensione omnes interemit, omnium bona sustulit, & plus quatuor millibus hominum occisis se satiare non potuit. Illud tamen factum est diuinitus, vt ne tantum crudelitatis monstrum diu perduraret, cessareque ad eò Christianorum persecutio, nec enim triennio amplius imperauit. Verum enim verò, cum Romani eius crudelitatem ferre non possent, vt auctor est idem Capitolinus, quod delatores eò dearent, accusatorem immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes, quicumque in iudicium venissent, ex ditissimis hominibus pauperimos faceret,

faceret, nec aliunde nisi malo alieno pucuniam quæreret, deinde sine delicto consulares viros, ducesque multos interimeret, alios Scythicis vehiculis exhiberet, alios in custodia detineret, nihil denique prætermitteret, quod ad crudelitatem pertinere videretur, defectionem ab eo pararunt non Romani tantum, sed quia & in milites sæuebat exercitus, qui erat in Africa, subita, & insperata seditione Gordianum senem virum grauissimum, tunc Proconsulem, etiam inuitum, & reclamantem instanter cum gladijs, & cum omni genere telorum purpuram sumere coëgit, atque Imperatorem appellauit, posteaque Maximinum, & filium eiusdem nominis adolescentem longè pulcherrimum, vigesimum agentem annum, quem ipse Augustum nominauerat, in tentorio quiescentem occiderunt conclamantibus cunctis militari ioco ex pessimo genere ne catulum quidem habendum: eorum capita præfixa cõtis Aquileiensibus demonstrarunt, missa etiam Romam. Dici vix potest quanta vbiq; læticia fuerit, cum Romam per Italiam Maximini caput ferretur, cunctis ad gaudium publicum occurrentibus: iam primus nuntius, qui ex Aquileiensi vrbe Romam missus fuerat, tanto impetu mutatis equis cucurrit, vt quartæ die Romam veniret. Obijt sexagenario maior, postquam vt diximus tribus annis Imperij clauum tenuisset.

Octaua Ecclesiæ sub Decio Imperatore persecutio.

SECTIO VIII.

Viente adhuc Maximino Puppienus, qui & Maximus militari excellens disciplina, & Clodius Balbus generis nobilitate clarissimus ex Senatusconsulto Imperatores appellati fuere, sed eos quam primùm milites, vt potè non à se, sed à Senatu creatos occiderunt: similiterque duo Gordiani pater, & filius, qui etiam consentiente senatu inuaserant principatum, periere, Gordiano adulescente factò Augusto, qui si Puppienus, & Maximus, duobusque Gordiani in Imperatorum numerum eodem simul tempore adscribantur, vigesimum octauum locum in Romanis Imperatoribus tenet: cuius vt prosapia, totaque de Gordianis historia fit illustrior, sciendum ex Iulio Capitolino, & Arriano scriptore Græcæ historia, Dexippo item Græco auctore, quos laudat idem Capitolinus, non duos, sed tres fuisse Gordianos. Horum senior natus ex patre Metio Marullo, matre Vlpia Gordiana originem paternam ex Græchorum, maternam ex Traiani Imperatoris genere duxit. Post nobilem quæsturam, ac præturam consulatum primum inijt cum Antonino Caracalla, secundum cum Alexandro: post consulatum Proconsul Africa factus est, sic amatus ab Afris, vt eum alij Scipionem, Catonem alij, multi Mutium, ac Rutilium, aut Lælium dicerent. Extat honorifica eorum acclamatio, cum enim quadam die factum Imperatorium legeret, atque à proconsulibus Scipionibus cœpisset, acclamatum est: *Nonne Scipioni, vero Scipioni Gordiano proconsuli.*

i. Balbinus, & Puppienus Imperatores. Gordianus Imperator vigesimus octauus. Iul. Capis. Arriani, Dexippus.

Igitur cum iam orbis terrarum odio Maximini flagraret, Imperator cum filio etiam Gordiano est appellatus iam octogenarius: quorum electio senatui fuit gratissima: res tamen infeliciter cecidit, etenim Gordianus filius à Capeliano Maximini duce commisso prælio vincitur, & interficitur. Gordianus vero pater audita filij morte graui percussus dolore, timensque præterea Maximini copias, vt hostium vincula, ignominiamque vitaret, laqueo vitam finioit. Hic exitus duorum Gordianorum fuit, quos ambo senatus & appellauit Augustos, & in diuos

ii.

retulit, postquam Imperium anno vno, & mensibus sex administrarunt: atque hic Gordianus iunior senis Gordiani filius est secundus eorum Gordianorum, de quibus cepimus dicere, appellatus sui temporis Priamus. Fuit tertius Gordianus, quem Dexippus apud Capitolinum putat secundi Gordiani filium, alij ex Gordiani senioris filia susceptum, qui simul cum Balbieno, & Pupieno, siue Maximo adeptus Imperium est, de quo præcipue hoc loco agere instituius. Id vero ita accidit: post mortem duorum Gordianorum præcedentium trepidus senatus, & Maximinum vehementius reformidans Pupienum, siue Maximum, & Clodium Balbinum appellavit Augustos. At milites, & populus tertium Gordianum adhuc paruulum annos agentem vndecim, vt plerique aiunt, tredecim, vt alij, vt Iunius Cordus scribit, sexdecim, petierunt appellari Cæsarem. Itaque raptus ad senatum, tectus indumento Imperatorio Cæsar est dictus, & apud matrem educatus: sed occisus Maximinis, cum etiam Pupienus, & Balbinus seditione militari interempti cecidissent, postquam biennio Imperauerant, tum demum Gordianus adolescens, qui Cæsar tantum carenus fuerat, summo omnium applausu, & gratulatione fuit appellatus Augustus, & eiusque deinceps Imperium tenuit: post aliquantum temporis duxit uxorem filiam Mithæi doctissimi viri, quem præfectum prætorij statim nominauit, eiusque prudentia, atque consilio omnia recte administrabat, vt ipsemet Gordianus in literis ad socerum confitetur: in quibus inter alia: *Nunc demum, inquit, intelligo neque Felicem Prætorianis cohortibus præponi debuisse, neque Serapammoni quartam legionem credendam fuisse, & ne omnia dinumerem, multa non esse facienda, quæ feci: sed Dys gratias quod te insinuante, qui nihil vendis, didici ea, quæ inclusus scire non poteram. Quid enim facerem? mi pater, verum audias velim, miser est Imperator, apud quem verba reticentur, qui cum ipse publice ambulare non possit, necesse est, vt audiat, & vel audita, vel à plurimis reborata confirmet.*

Vita functo Mithæo Marcus Iulius Philippus Arabs humili natus genere, sed superbus, prætorij præfectus factus est, Gordianoque insidiari cæpit aspirans ad principatum: infelto ei milites statim reddidit, per quos etiam rumores sparsit adolescentem esse Gordianum, imparem Imperio esse: corrupit postea principes, effectumque, vt palam Philippus ad Imperium posceretur: itaque iussum est à militibus, vt quasi tutor Gordiani Philippus cum eo pariter imperaret. Suscepto igitur Imperio Philippus superbissime contra Gordianum egit: res eò deducta est, vt Gordianus videns se contemni, & sensim Imperio spoliari, petierit, vt æquale saltem cum Philippo haberet Imperium, quod minimè impetrauit: dehinc vt loco Cæsaris haberetur, ne id quidem obtinuit: saltem vt præfecti loco esset Philippo id quoque negatum, vel vltimæ preces, vt cum Philippus pro duce haberet, ac pateretur viuere, pene Philippus consenserat: verum cum secum ille cogitaret populi Romani, senatus, Africæ, ac Syriæ, imò & totius Romani orbis erga adolescentem illum amorem singularem, timens ne pro eo, si viueret, vniuersi decertarent, eo quod esset genere clarissimus, & nepos, ac filius Imperatorum, & bellis grauibus totam Rempublicam liberasset, clamantem ante conspectum duci iussit, spoliari, & occidi, postquam sex annis imperasset.

Ita impiè Imperium inuasit Philippus gente Arabs, vti diximus, vigesimus nonus Romanorum Imperator: qui post Gordiani cædem Romam literas misit, quibus scripsit Gordianum morbo periisse, seque à militibus Imperatorem appellatum: senatus facile credens Philippum principem dixit, & Augustum nuncupauit. Is fecit consortem Imperij Philippum filium, quem lego ab alijs Gallum Iulium Saturninum vocari; non diu tamen potuit durare Imperium crudeli-

Inn. Cordus.

III.

III.
Philip. Imperator. 29.

crudelitate quaesitum: etenim ipse quinto imperij anno Verona ab exercitu interfectus perit, medio capite supra ordines dentium praefixo: filius autem, quem participem imperij fecerat, Romae a pratorianis obtuncatur, duodecimum aetatis annum agens, ad eos seueri, & tristes animi, ut iam tum a quinquenni aetate nullo prorsus cuiusquam commento ad ridendum solui potuerit, patremque ludis secularibus cachinnantem petulantias, quamquam adhuc tener aduersatus fuerit, itaque à γελᾶσθς appellatus.

Philippo successit Decius trigésimus ordine imperator, ex inferiori Pannonia oriundus, claris natus parentibus. Hunc Philippus contra Scythas cum supplemento copiarum misit, quem cum ad exercitum peruenisset, milites Illyriciani unanimi conspiratione imperatorem fecerunt, sequentem, ac repugnantem strictis ensibus coegerunt: itaque & a Senatu fuit Augustus appellatus. Ab ineunte aetate spem optima indolis praebuit, in quo virtutes cum aetate creuerant, ad amplissimas dignitates non ambitio, non empta suffragia, sed virtutes perduxerunt. Inter optimos Principes annumerari posset, si a Christianorum sanguine sibi temperasset: sub hoc septimam persecutionem enumerat Orosius lib. 7. cap. 21. sed eam nos octauam facimus iuxta eam supputationem, quam persequimur: eam vero mouit, ubi primum imperium obtinuit, datus ad persequendos ubique Christianos edictis imperialibus, in quos plus nimio Philippi etiam odio sauiit. Is, ut ait Paulus Orosius lib. 7. cap. 14. continuè, in quo etiam se ob hoc Philippus interfecisse docuit, ad persequendos, interficiendosque Christianos septimus post Neronem feralia dispersit edicta, plurimosque Sanctorum ad coronas Christi de suis cruciatibus misit. Non te moueat quod Orosius septimam hanc persecutionem appellat, cum nos octauam nominemus, quippe qui in hoc ab eo dissentimus ob ea, quae non semel hoc ipso commentario annotauimus. De ea etiam ita scribit Eusebius lib. 6. historiae Ecclesiasticae cap. 39. Philippo, inquit, cum septem annos imperasset, successit Decius, qui quoniam Philippo erat insensus, persecutionem aduersus Ecclesiam excitauit in qua Fabiano Romae martyrio consummato successit Cornelius: in Palestina vero Alexander Hierosolymitanus Episcopus, cum rursus propter Christum Caesarea ad praesidium tribunal in confessione perditus esset, vir grandaeuus, & honesta canitie decoratus carcerem exierat: cum autem post splendidum, & illustre testimonium coram tribunali praesidis datum in custodia obdormisset, Hazabanes illi in Episcopatu Hierosolymitano successit. Babyla quoque Antiochia, perinde atque Alexandro, post confessionem in carcere mortuo Ecclesia illi praesedit Fabius. Dionysius etiam Episcopus Alexandrinus (apud eundem Eusebium libro sexto, capit. quadragésimo primo) ita scribit ad Fabium, de quo paulò ante, Antiochenum Antistitem. Persecutio ista non coepit ex imperatorio edicto, sed illud anno integro prauehit: etenim ad urbem hanc diuinator quidam, & sceler malorum venit, quisquis ille fuit, ac multitudinem Ethnicorum contra nos mouit, & excitauit, atque ad patriam superstitionem tuendam inflammauit, à quo irritati, & omnem potestatem nostri ad impia flagitia perpetranda solum cultum Demonum, & nostri occisionem pietatem esse putabam: primum itaque presbyterum quendam nomine Metram comprehensum impia verba proloqui iubent, non obedientem fustibus cadunt, & acutis calamis faciem, & oculos pungunt, & postea in suburbium eductum lapidibus obrunt: deinde fidelem mulierem nomine. Quintam ad templum idolorum ductam adorare compellunt, auersantem, execrantemque idola pedibus ligati per totius urbis plateam lapidibus asperè stratum trahunt, ac simul molaribus lapidibus allisam, flagrisque casam ad eundem locum reducunt. Quo facto uno impetu cuncti irruunt in religiosorum domos, & quos quisque vicinos pios cognouerat, ad eorum aedes multitudinem

V.
Decius Imperator 30.

Orosius.

Idem.

Eusebius.

Dionys. Episc.

ducunt, populanturque, ac diripiunt, pretio suffurantur, auliora disiciunt, & igne adhibito in plateis comburunt. Sed & praeclarissimam tunc virginem proiecta aetatis Apolloniam comprehendunt, dentesque illi cunctos percussis maxillis excutiunt, & roga ante urbem accenso viuant se combusturos minantur, nisi una cum ipsis impia verba pronuntiet: illa vero cum paululum detractasset, ac moras in speciem zelus deliberatura traxisset, repente in ignem insilit, & comburitur. Denique & Serapionem domi sua agentem comprehendunt, acerbisque tormentis affligunt, ac cunctis corporis artibus confractis & superioribus tabulato, praecipitem deiciunt, nullis nobis via, ne publica quidem, nullus etiam angiportus, nec noctu, nec per diem pater, cunctis passim vociferantibus, nisi quis blasphema verba succinat, hunc repente trahendum esse, & comburendum: quoniam & ipsum edictum imperatoris afferunt, & subsequitur illud a Domino nostro praedictum, horrendum maxime, nempe ut & electi scandalizentur, si fieri possit. Haec Dionysius, & alia quamplurima de huius persecutionis acerbitate, ut apud citatum Eusebii locum videre licet.

VI. Porro tam vehemens fuit huius persecutionis procella, ut multi fideles, etiam qui fortissimi esse videbantur, magnitudine tempestatis abrepti, atque ad idololatriae scopulos aliti naufragium miserimum fecerint: quem lucuosum casum

D. Cyprian.

deplorat D. Cyprianus epistola de lapsis: vbi postquam quorundam magnificis verbis laudauit constantiam, subiungit. *Has martyrum celestes coronas, has confessorum gloriae spirituales, has tantium fratrum maximas, eximiasque virtutes mestitia una contristat, quod auulsam nostrorum viscerum partem violentus inimicus populationis suae strage deiecit: quid hoc loco faciam dilectissimi fratres fluctuans vario mentis astu? quid, aut quomodo dicam? lacrymis magis, quam verbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga defendenda est, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda iactura est. Quis enim sic durus, aut feruus, quis sic fraternae charitatis oblitus, qui inter suorum multiformes ruinas, & lugubras, ac multo squallore deformes reliquias constitutus siccos oculos genere praeualeat, nec erumpente statim steru prius gemitus suos lacrymis, quam voce depromat? Doleo fratres, doleo vobiscum, nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria, & sanitas priuata blanditur, quando plura pastor in gregis sui vulnere vulneretur: iaculis illis grassantis inimici mea simul membra*

*Pastor ingre-
ge vulnera-
tur Niceph.*

percussa sunt, seuiantes gladij per mea viscera transierunt, in prostratis fratribus & me prostrata affectus. Haec ille. Describit eandem persecutionem Nicephorus. lib. 5. a cap. 27. Multi, inquit, sacrum pro Christo obire certant: in primis tamen Ecclesiarum praesides, & quicumque alios apud nos eloquentia, & sapientia antecellerent, insanda, crudeliaque tormenta tolerantes vitam reliquerunt, sicuti Roma Fabianus, in Palestina Hierosolymis Alexander, Antiochia Babylas (cuius in Episcopatu Fabius successor fuit) Episcopalem stolam sanguine multo imbuerunt.

VII.

*Epiphani.
Eusebius.
Nicephor.*

In huius Decianae persecutionis tempora incidit lapsus ille Origenis in Alexandria ciuitate, quem referunt Epiphanius haeresi 64. Eusebius libr. 6. historiae Ecclesiasticae, capite 32. Nicephorus lib. 5. cap. 32. & alij. *Multa, inquit Epiphanius, sunt fortia facta, quae per traditionem referunt veteres de hoc viro, sed non permanserunt ipsi, quae ad praeium consequendum pertinent, in finem: propter eminentissimam enim sanctitatem eius, ac doctrinam ad multam inuidiam deuenit, & per hoc magis pericabatur eos, qui illo tempore principalem pietatem administrabant. Per diabolicam vero malignitatem excogitarunt malitiae operatores, quomodo turpitudinem viro (Origeni) impingerent, & plagam talem decernerent, ita ut in abusum corporis ipsius Aethiopem subornarent, aut sacrificare iuberent: ipse vero non ferens Diabolice operationis versutiam proclamauit, verisque rebus sibi propositis sacrificare se potius velle, non tamen spontanea mente hoc perfecit, velut magna de hoc fama refert: sed quandoquidem omnino constans est se facturum hoc esse, iniecto in manum eius thure, ipsum ad ara rogum ad-*

*Origenis la-
pus.*

duxerunt, atque sic à confessoribus, & martyribus tunc re cognita reiectus est. Ita Epiphanius. Hæc sunt, quæ de lapsu Origenis ab his auctoribus commemorantur: quæ tamen Cardinalis Baronius tomo 2. Annalium, fabulosa, & commentitia esse arbitratur, non multum vehementibus quibusdam coniecturis persuasus ea non ab Epiphanio scripta, sed ab aliquo vitiatore addita, quod mihi de veterum scriptis iudicium non facile ferendum videtur, ne eadem facilitate multa alia, quæ ad refellendos hæreticorum errores pertinent, ab aduersariis negari, & eleuari possint: sanè coniecturas, quibus Baronius innititur, ut sibi fictitia isthæc esse persuadeat, ductas ex eo, quod nonnulli, qui pro Origenis eo tempore Apologias conscripserunt, veluti Rufinus, & Eusebius (eius est enim ea, quæ nomine Pamphili circumfertur, ut non semel docet D. Hieronymus, præcipuè verò epistola 65. quæ est ad Pammachium, & Oceanum, eisdem merito quispiam ea ratione rectorserit, quod potius ij, qui alicuius partes defendendas suscipiunt, non facta turpiter, sed gesta præstare in medium afferre solent, eaque omnia præterire, quæ vel leuissimam infamiam labeculam aspergere, aut notam possunt inurere. Quare non video, currem Epiphanio, Nicophoro, aliisque auctoribus grauissimis testatissimam in dubium reuocemus. Atque hæc fuere, quæ præcipuè in Deciana persecutione perstringenda putauimus, quæ tamen Deo in infensissimum Ecclesiæ hostem vindicante non diu durauit: etenim secundo imperij anno Decius ad liberandos à Gothis Thraeces cum filio, quem iam Cæsarem appellauerat, profectus, victor primis congressibus, postea in collocatas ab hostibus certo loco insidias incidens, suis difficillimè præliantibus, ut refert Sextus Aurelius, inter confusas turbas gurgite palustri submersus periit, ita ut nec cadauer eius potuerit inueniri: filius vero in prælio occiditur. Vixit annis quinquaginta, obiit nondum secundo anno imperij finito.

Baronius.

D. Hieron.

Sextus Aur.

Nona sub Valeriano, & Gallieno eius filio Ecclesiæ persecutio.

SECTIO IX.

Decio perempto, cuiusque exercitu profligato, legio, quæ integra Scytharum fide remanserat, Tribonianum Gallum ex Patritiorum familia, ducem eo tempore limitis Mysiæ trigessimum primum ordine imperatorem nominauit, qui superauerant ad eum quasi ad reliquiarum Romani exercitus seruatorem confugerunt, quo timore adductus senatus Augustum appellauit. Percussit fœdus cum Scythis non sine Romani nominis ignominia: Tunc primum, ait Pomponius Lætus, diuturno, & libero potentatu populus Romanus tributa pendit: tunc primum Respublicam Scythicam seruituti accepit: qui tributo pendendo obnoxiam fecerit Romanam urbem præter Gallum fuit nemo: Volusianum filium consortem fecit imperij. Infelix, & infaustum imperium Galli fuit: etenim Scythæ non contenti sitis, sed insolentiores effecti ingenti exercitu terra, marique depopulantur Dardaniam, Thraciam, Thessaliam, Macedoniam, Helladæ, & partem Asiæ, imò & iam ipsi Italiæ minabantur: repressi tamen opera, ac virtute Amiliani ducis limitis Mysiæ non sine magna strage, ac eade in suas solitudines coacti sunt: eius etiam tempore grauissima toto orbe pestilentia grassata est: habuit ea lues ex Æthiopia ortum, tam grauis, & acerba, ut per annos decem, ac secundum alios quindecim terras penè omnes exhauerit. Tandem Gallus cum copias contra Amilianum duceret, superatus, & à suis militibus

Trebonianus

Gallus.

Imperat.

Pomp. Lat.

scytharum.

partem Asiæ.

scytharum.

partem Asiæ.

desertus vna cum filio creditur postquam duobus annis imperasset.

II.
Emilianus
32. Imperator.

Succesit trigesimo secundo loco Emilianus ortus in Mauritania obscuris parentibus, dux limiti Sarmatico in Mysia à Decio præpositus, & minimè submotus à Gallo: suis militibus non contentis stipendio pro concione pollicitus est id augere Emilianus, si hostes vicissent: illis præmio accensis, apertis castrorum portis audidum pugnae militem educit, qui tanto in hostes illatus est impetu, vt non fugauerit modo, sed bona ex parte ceciderit, illorumque regiones abactis prædis penè exhauerit: reuertus in Mysiam perfoluit militi præmia Emilianus; adeo eo successu gratus exercitui, vt eum imperatorem appellauerit, ad quem opprimendum cum Gallus, qui adhuc viuebat, cum filio occurreret, ambo primis præliis cæsi sunt, vt diximus, militibus Gallo adherentibus. Interea milites, qui in Alpibus erant, Valerianum imperatorem creant, quo accepto nuncio, quæ est humanarum rerum inconstantia, qui Emilianii partes sequebantur, nec civili bello se implicarent, contemplantes etiam humilitatem generis Emilianii, & è contra insignem Valeriani nobilitatem Emilianio interfecto ad Valerianum se contulerunt post trimestrem Emilianii principatum, anno ætatis eiusdem 40.

III.
Licinius Valerianus 33.
Imperator.

Capessit igitur imperium Publius Cornelius, Licinius Valerianus, trigessimus tertius Romanorum imperator, genere nobilis, tanta ante imperium probitatis opinione, vt cum in aede castrorum senatus haberetur, ireturque per sententias singulorum, cui deberet censura deferri, absente Valeriano omnes interrupto more dicenda sententiæ vna voce dixerint: Valeriani vita censura est, ille de omnibus iudicare debet, qui est omnibus melior; hunc censorem omnes accipimus, hunc imitari volumus. Hoc senatus consultum cum Decius qui adhuc viuebat, & imperabat, accepisset, recitassetque in conuentu summorum virorum ad Valerianum conuersus, Felicem te, inquit, Valeriane senatus sententiæ, totius orbis humani suscipere curam, quam tibi derulit Romana Res, quam solus mereris, iudicaturus de moribus nostris: tu æstimabis, qui manere in curia debeant: tu equestrem ordinem in antiquum statum rediges: tu censibus modum pones, tu vectigalia firmabis, diuides statum, res publicas recensebis: tibi legum scribendarum auctoritas dabitur: tibi de ordinibus militum iudicandum est, tu arma respicies, tu de nostro palatio, tu de iudiciis, tu de præfectis eminentissimis iudicabis: excepto denique præfecto vrbis Romæ, exceptis consulis ordinariis, & sacrorum Rege, ac maxima virgine Vestalium, si tamen incorrupta permanebit, de omnibus sententias feres: laborabunt autem etiam illi, vt tibi placeant, de quibus non potes iudicare. Hæc Decius. Ex quibus apparet quantæ auctoritatis, & existimationis esset Valerianus: quomodo autem fuerit creatus imperator, paulò superius diximus. Non tamen par fuit opinioni fortuna, etenim factus imperator bellum gerens in Mesopotamia cum Sapore Rege Persarum, cum ductu cuiusdam sui ducis, (incertum dolo, an casu) in ea esset loca deductus, vbi nec fortitudo, nec disciplina militaris quicquam valere potuit, infeliciter captus venit in ditionem Saporis, apud quem captiuus consentit, nec enim cum vnquam dimittere Sapor voluit, tametsi fuerit multorum regum amicorum literis ad id præstandum sollicitatus, quas habes apud Trebellium Pollionem in vita Valeriani: quamdiu vixit, vt ait Sextus Aurelius, Sapor incuruati eius ceruicibus pedem imponens equum ascendere consueuerat. Itaque in hac miserissima seruitute obiit septuagenario maior, decimo quinto imperij anno, sed horum quindecim octo peregit captiuus. Filius Galienus, quem pater initio statim sui principatus participem imperij fecerat, tantum abest, vt patrem

Trebellius
Sextus Aur.

Galienus
Imperat. 34.

patrem è durissima seruitute liberare contenderit, vt ea potius lætatus inde occasionem liberius viuendi arripuerit, homo natus abdomini, & voluptatibus, tanta in gubernando fœcordia, vt per totum terrarum orbem grauissima bella exorta totum Romanum Imperium turbauerint, triginta namque tyranni eodem tempore sibi Romanorum Imperatorum nomen arrogarunt, quos omnes annumerat Trebellius Pollio: tanta crudelitate in milites, vt terna, & quæternamillia singulis diebus occideret: sed ita tamen liberalis, & munificus, vt nihil vnquam petenti denegaret. Egerrimè tulere Romani Galienum de patris libertate minimè esse sollicitum, eumque inultum relinquere, quem externi Reges vt eumque vindicauerant: id quod ipsi aliquando quidam scurræ obiecerunt. Nam eum per iocum Rex Persarum quasi captiuus cum suis per pompam duceretur, quidam scurræ miscuerunt se Persis, diligentissime seruantes omnia, atque vniuersi vultum mirâ inbitione mirantes: à quibus cum quæretur, quid illa ageret solertia, respondetunt, Patrem Principis quarimus, quod eum ad Galienum peruenisset, non mœrore, non pietate commotus est, scurræsq; iussit viuos exuri. Tandem Galienus à suis interemptus est anno ætatis quinquagesimo, septem cum patre, solus octo annis Imperauit.

Trebel. Pol.

Sub his Imperatoribus passa est Ecclesia nonam generalem persecutionem, quâuis eam octauam constituant D. Hieron. libro de viris illustr. in Cypriano, D. August. lib. 18. de Ciuitate, cap. 5. & Paulus Orosius lib. 7. cap. 22. ea potissimum à Valeriano commota est. Nec ipso statim Imperij initio, quippe cum, vt auctor est Dionysius Alexandrinus apud Eusebiû lib. 7. cap. 9. & Nicephorus lib. 7. cap. 10. Nemo Imperatorum, qui eum anteuenerant, tantam beneuolentiam, & comitatem aduersus Christianos declarauit, imo verò ne illi quidem, qui Christiani erant, eoque nomine palam appellati, ita horum sunt amplexati, vt ille: quisquidem initio Imperij sui quam familiarissimè, & amicissimè, idque in oculis omnium eisdem excepit, & tota domus eius ppe hominibus complebatur, eratque plantæ Dei Ecclesia. Hæc ille. Quid verò fuerit causa, cur postea fidelestam acerba, & graui persecutione fuerit infectatus, amorèque in odiû verteret, his verbis declarat. Doctor quidam, & princeps Magorum Egypti illum tandem perdito consilio deprauauit, & non impulsus solum, vt homines culpa vacuos, ac sanctos Dei, vt potest sceleratorum, ac execrabilium incantamentorum aduersarios, & oppugnatores (satis namque virium, ac potentia presentia aspectu, spiritu, & voce solum ad detestabilium Dæmonum insidias dissipandas & habent, & semper habuerunt,) acerbè persequeretur, necique traderet: verum etiam, vt impuras ceremonias obiret, prophanas exerceret præsigtias, execranda mysteria exequeretur, mactaret pueros misellos, prolem infelicium parentum sacrificaret, tenera infansium dissecaret viscera, Dei denique creaturas discinderet, discerperetque. Hæc ille.

III.
D. Hieron.
D. August.
Orosius.

Dion. Alex.
Nicephor.

Hoc tempore præter innumeros alios passi sunt Sixtus Papa, & Laurentius V. Diaconus longè clarissimus, & D. Cyprianus Carthaginensis Episcopus doctrina, & sanctitate admirabilis, & trecenti illi martyres apud Carthaginem, qui eo quod optione data à Præside, vt vel in fornacem calcariam incensam conijci, vel thus Ioui incendere eligerent, ipsi vltro sese in fornacem coniecerunt, cum calcæque permissi exarserunt, massa cædida sunt appellati. Porro hæc sub Valeriano persecutio tribus tantum annis cum dimidio durauit, quemadmodum docet Dion. Alex. apud Euseb. lib. 7. c. 9. accommodans Valeriano illud, quod de Antichristo dicitur Apoc. 13. Datum est ei os loquens magna, & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Cessauit verò cum captus est Sapor rege Persarum, quemadmodum superius commemorauimus: quod accidit 8. eius imperij anno. Quo capto Galienus solus imperium administrauit, & persecutione

V.
Sixtus Papa,
Laurentius,
& Cyprianus
martyrium subeunt.

Dion. Alex.
Apoc. 13. 5.

Eusebius.

contra Christianos inhiabit, patrisque aduersus illos edicta rescidit, aliaque in eorum fauorem vulgavit, vt affirmat Euseb. 7. cap. 14. *Cum Valerianus*, inquit, apud barbaros seruitutem subisset, filius eius solus Imperio potitus, clementius, & moderatius se gessit in gubernando, & edictis vulgatis persecutionem remisit, relaxauitque, atque adeo illos, qui verbo Dei praeerant, quod ipsis in more positum fuisset, liberè exequi per literas mandauit, quae sic habent: Imperator Caesar, Publius, Eicinius, Galienus, Pius, Fortunatus, Augustus Dionysio, & Pinna, & Demetrio, & ceteris Episcopis salutem. Mea munificentia beneficium per uniuersum orbem diuulgari praecepi, vt qui loca religiosa, qua spectant ad Christianos, possident, ab illis statim discedant, & propterea vos literarum mearum exemplari uti poteritis, quo nemo deinceps vobis quidquam faciat molestia: atque istud quidem, vt nunc liberè, & pro arbitratu à vobis expleri queat, iam pridem à me erat concessum: his de causis Aurelius Cyrenius, qui summam rerum secundum me administrat, literarum etiam exemplar conseruabit. Haec tenet Eusebius.

Decima sub Aureliano Ecclesiae persecutio.

SECTIO X.

Claudius
Imperator
35.
Trebellius.

I. **O** Caiso Gallieno Flavius Claudius, iam ipsius Gallieni morientis sententia designatus, ab exercitu appellatur Imperator, quem miris in caeli usque effert laudibus Trebellius Pollio, in eo que ait Traiani virtutem, Augusti moderationem, Antonini pietatè mirificè enituisse, tamque absolutum numeris omnibus Imperatorem fuisse, vt eius stirpem ad Imperium summi Principes eligerent, emendatio Senatus optaret. Vbi primùm factus est Imperator, Aureolus, qui grauior Republicae fuerat, quod multum Gallieno placebat, conflictu habito à Republicae gubernaculis depulit: tyrannumque missis ad populum edictis, datis etiam ad Senatum orationibus iudicauit, imò Aureolum arrogantem, & feodus petentem Imperator grauis, & seuerus non audiuit, illòque responso reiecit. Haec à Gallieno petenda fuerant, qui consentire moribus poterat, & timere: denique iudicio militum apud Mediolanum Aureolus dignum exitum vita, ac moribus suis habuit. Tanta animi magnitudine, atque robore fuit Claudius, vt trecenta viginti millia armatorum gentium barbararum, seu, vt ipsemet in quadam ait epistola, Gotthorum, quae in Romanum Imperium inuaserant, ita contriuerit, vt vix aliquos ad patrium solum redire permiserit: ob quam victoriam clypeus illi aureus totius Senatus iudicio in Romana Curia, & in Capitolio ante Iouis templum statua aurea decem pedum, & in rostris columnna, palmata statua superfixa, librarum argenti mille quingentarum collocata. Finito bello Gotthico grauis morbus increbuit, ex quo etiam ipse Claudius diem clausit, cum biennium non integrum imperasset. Eo vita functo Quintilius frater eiusdem delatum sibi omnium iudicio suscepit Imperium, sed ob breuitatem temporis nihil dignum Imperio generè potuit: nam septima decima die, quod se grauem, & seuerum contra milites ostenderat, ac verum principem pollicebatur, à militibus interemptus periit. Alij aliter eius obitum memorant, quod scilicet Aureliani Imperatoris nuncio exterritus sanguine è venis emisso vitam finierit.

Quintilius
Imperator
36.Aurelianus
Imperator
37.

II. Electus subinde Aurelianus trigessimus septimus Romanorum Imperator, medio atri patre genitus, & vt quidam ferunt, Aurelij clarissimi Senatoris colonio inter Daciam, & Macedoniam: à prima aetate nullum vnquam diem, quamuis festum, va cantèrue praetermisit, quo non se pilo, & sagittis, ceterisque armorum officijs exerceret: eius adhuc priuati extant nonnulla praecleara facinora: nam

nam erumpentes Sarmatas in Illyrico cum trecentis praefidiariis solus attriuit. Refert Theoclius Caesarum temporum Scriptor Aurelianum manu sua bello Sarmatico vna die quadraginta, & octo interfecisse, pluribus autem diuersis diebus ultra noningentos quinquaginta: idem apud Moguntiam tribunus legionis sextae Gallicanae Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, vt trecentos ex iis captos septingentis interemptis sub corona vendidit. Militibus ita timori fuit, vt sub eo posteaquam semel cum ingenti ferocitate castris peccata corripuit, nemo peccauerit: solus omnium militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemque subito dimitteret, vt scissus ille vtrinque penderet: quae res ingentem timorem omnibus iniecit. Libet hoc loco epistolam eius militarem ad vicarium suum datam transcribere doctrinae causa. Ea fuit huiusmodi: *Si vis tribunus esse, imò si vis viuere, manus militum contine: nemo pullum alicuius rapiat: ouem nemo contingat: vnam nullus auferat. segetem nemo detrahat: oleum, sal, lignum nemo exogat, annona sua contentus sit: de praeda hostis, non de lacrymis provincialium habeat stipendium in balneo, non in popina habeat: in hospitibus castè se agat: qui litem fecerit, vapulet.* Multa praecclare gessit in bello, & inter alia Marcomannicum bellum difficillimum confecit, & celeberrimam Zenobiam Orientis Reginam vicit, & captiuam tenuit. Ingens strepitus fuit omnium militum Zenobiam ad penam poscentium: sed Aurelianus indignum existimauit mulierem interiri: itaque occisis plerisque, quibus auctoribus illa bellum mouerat, triumpho mulierem reseruauit. Tum vehementer irascens, quòd adhuc Tetricus Gallias obtineret, Occidentem petiit, atque ipso Tetrico exercitum suum prodente, quòd eius scelera ferre non posset, debitas sibi legiones obtinuit: princeps igitur totius orbis Aurelianus pacatis per Occidentem Gallis Romam iter flexit, vt de Zenobia, & Tetrico, hoc est, de Oriente, & Occidente triumpharet: cuius triumphus pompam, & apparatus sanè nobilem describit Flavius Vopiscus Syracusius in vita Aureliani. Curus Regij tres fuerunt: in his vnus Odenatus argento, auro, gemmis operosus, atque distinctus: alter, quem Rex Persarum Aureliano, dono dedit, ipsi quoque pari opere fabricatus; tertius, quem sibi Zenobia composuerat sperans se urbem Romanam cum eo visuram, quòd illam non refellit: nam cum eo urbem ingressa est, sed victa & triumphata: fuit alius currus quatuor ceruis iunctus, qui fuisse dicitur Regis Gothorum, quo, vt multi memoriae tradiderunt, in Capitolium Aurelianum inuectus est, vt illic cederet ceruos, quos cum eodem curru captos Ioui vouisse ferebatur. Praecedebant Elephanti viginti, serae mansuetae Libycae Palaestinae diuersae ducentae, quas statim Aurelianus priuatis donauit, ne fiscum annonae grauaret: tigrides quatuor, camelopardali, alces, caetera talia per ordinem ducta: gladiatorum patia octingenta: praeter captiuos gentium barbararum Blemyes, Axomita, Arabes, Eudamones, Indi, Baetiani, Hiberi, Saraceni, Persae, cum suis quique muneribus: Gotthi, Alani, Roxolani, Sarmatae, Franci, Sueui, Vandali, Germani religatis manibus captiui praecesserunt: inter hos etiam Palmyreni, qui superauerant, principes ciuitatis, & Aegyptij ob rebelliam: ductae sunt & decem mulieres, quas virili habitu pugnautes inter Gothos ceperat, cum multae essent interemptae, quas de Amazonum genere titulus indicabat. Praelati sunt tituli gentium nomina continentes. Inter haec fuit Tetricus chlamyde coccinea, tunica galbina, braccis Gallicis ornatus, adiuncto sibi filio, quem Imperatorem in Gallia nuncupauerat: incedebat etiam Zenobia ornata gemmis, catenis aureis, quas alij sustenta-

Theoclius.

Flavius Vopiscus.
Aureliani
triumphi.

bant: præferebantur coronæ omnium civitatum aureæ, titulis eminentibus prædita. Iam populus ipse Romanus, iam vexilla collegiorum, atque castrorum, & cataphractarum milites, & opes regie, & omnis exercitus, & Senatus, et si aliquanto tristior, quod Senatores triumphari videbat, multum ornamentis pompæ addiderunt. Hanc rerum gestarum gloriam fœdavit crudelitate Aurelianus: fuit enim princeps crudelis, & sanguinarius, quam ob causam in odium suorum veniens, occisus perijt sexto imperij anno. Quare non mirum, si homo insignis crudelitatis, & sævitie gravem in Christianos persecutionem mouerit, quam nos decimam ordine constituimus. Et quidem cum primum in Christianos sævire decrevit, diuinitus est cohibitus, quemadmodum narrat Eusebius lib. 7. cap. 24.

Eusebius.

*Aurelianus
literas contra
Christianos
subscribere
vult diuina
repreffit.*

Aurelianus, inquit, tempore sui imperij progrediente, aliena opinione & prope contraria de nobis concepta quibusdam iam consilio impulsus fuerat, ut contra nos persecutionem eiceret. Creber de hac re apud omnes sermo ferebatur, sed iam iam prope dixerim Aurelianus, cum literas contra nos compositas manu subscriberet, diuina visio subito occupauit, qua brachiorum commissuris eneruatum illum ab insensu repreffit, & omnium oculis clarè, & manifestè spectandam Ecclesiam molienti, nisi præpotens Dei manus diuino suo, & celesti iudicio temporibus, quibus Ecclesiam probare decreuit, istud disciplina, & castigationis causa perferret, & expleri permisisset. Hæc ille. Quamquam verò tunc temporis persequendi Christianos cogitationem deposuerit, postea tamen tertio saltem imperij anno pro innata crudelitate eos insecutum fuisse reuocari in dubium haud debet, cum affirmet D. Augustinus lib. 18. de Ciuit. cap. 32. D. Leo serm. 2. de Pentecoste, Seuerus Sulp. lib. 2. sacre histo. & alij, eiusque tempore legamus plurimos martyres effectos, Symphorianum dico, Felicem Papam, Agapitum quindecim annorum puerum, Restitutam virginem, Athenodorum Episcopum, Gregorij Thaumaturgi fratrem germanum, & alios complures, quos enumerat Cardinalis Baronius tom. 2. Annal. ab anno Christi 273. Perijt Aurelianus interfectus à suis opera Mnesthei cuiusdam, quæ pro notario secretorū habuerat, anno imp. sexto, ut alij, septimo inchoato.

*D. August.
D. Leo.
Seuer. Sulp.*

Vndecima, eaque grauiissima sub Diocletiano, & Maximiano Ecclesie persecutio.

SECTIO XI.

*I.
Tacitus 38.
Imperator.*

Aurelianus excipit Tacitus trigesimus octauus ordine Imperator. Interempto Aureliano sex menses durauit interregnum: toto enim eo tempore exercitus, & Senatus de Imperatore deligendo mutuis inter se officiis certarunt: exercitus ad Senatum refudit, Senatus contra electionem in exercitū refudit, sciens non libenter iam milites accipere imperatores, quos Senatus appellasset: dumque vtrò, citròque ab exercitu ad Senatum: à Senatu ad exercitum mittuntur literæ, sextus peractus est mensis, tandem frequentissimo Senatu electus est Tacitus, vir Consulatus iam senex, qui vnus erat de Senatoribus, qui presentes aderant: nam cum Tacitus, qui erat primæ sententiæ, sententiam (incertum) quæ vellet dicere, omnis Senatus acclamauit, *Tacite Auguste Dyte seruent, rediligimus, te Principem facimus, suscipe imperium ex Senatus auctoritate.* Plerique scripserunt Tacitū absentem, & in Campania agentē principem nūcupatum, sed res ita habuit. Cū rumor emerisset illum Imperatorem esse faciendum, discessit, atque in Baiano duobus moratus est mensibus: sed inde deductus, huic Senatus consulto quasi priuatus interfuit.

interfuit. Gessit propter breuitatem temporis nihil magnum: interēpus est enim insidijs militaribus sexto Imperij mense, quāuis alij morbo interiisse scripserint.

Succesit Florianus Taciti germanus frater, qui post fratris obitum arripuit Imperium nulla Senatus auctoritate, quasi esset hereditarium, cum seiret adiuratum esse in Senatu Tacitum, vt cum mori cœpisset, non liberos suos, sed optimum aliquem principem nominaret: itaque vix duobus mensibus Imperium tenuit, occisus Tarhā militibus, qui Probum audierant imperare, quem omnis exercitus legerat: illi nec Taciti frater obstitit, quominus orbis totius consensu Imperator diceretur, nec generis humilitas, vtpotē qui patrem Dalmatici sanguinis, & cum agrestem habuerit, vir pacis, bellicę artibus longē clarissimus: & Valeriani Imperatoris iudicio adhuc imberbis, si nomen Probi non haberet, cognomen habere potuisset: factus Imperator Gallias petijt, quę omnes occiso Posthumo turbatę fuerant, interfecto Aureliano à Germanis possessę: tanta autem illic pręlia feliciter gessit, vt à Barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas ciuitates cecepit, quadraginta millia hostiū ceciderit. Non prætercunda, cum de Germanis, & Blemys triumphauit, venatio, quam in circo dedit, amplissima, ita vt populus cuncta diriperet, quam Flavius Vopiscus commemorat. Arbores validę per milites radicibus vultę connexas latē, longęque trabibus affixę sunt; terra deinde superiecta, totisq;ue circos ad syluę conitus speciem gratia noui viroris effronduit: immissi deinde per omnes aditus struthiones mille, mille cerui, mille apri, mille damę, ibices, oues fera, & cetera herbaria animalia, quot vel alii potuerant, vel inueniri: immisit deinde populares, rapuit quisq;ue, quod voluit. Addidit alia die in Amphitheatro vna missione centum iubatos leones, qui suis rugitibus tonitrua excitabant, qui omnes contificijs interempti sunt: editi deinde centum leopardi Lybici, centum deinde Syriaci, centum leonę, & vrsi simul recenti.

II.
Florianus
30. Imperator.

Venatio à
Floriano in
circo data.

His peractis Probus bellum Persicum parans, cum per Illyricum iter faceret, à militibus suis per insidias obruncatur anno Imperij quinto, vt alij, sexto, & aliquot mensibus, cui sanē intuidit diuturnitatem Imperij amans varietatum, & semper inimica fortuna iustitię: cuius loco electus Carus è militibus inter bonos magis, quàm inter malos Principes numerandus. Is per ciuiles, & militares gradus præfectus prætorij à Probo factus tantum sibi apud milites amoris conciliauit, vt interfecto Probo tanto Principe, solus dignissimus Imperio videretur. Parthicum bellum, quod Probus parauerat, initaurans duos liberos Carinum, & Numerianum Cæsares appellauit, ita vt Carinum maiorem natu ad Gallias tuendas cum viris lectissimis destinaret, secum verò Numerianum adolescentem cum lectissimum, tum etiam disertissimum duceret. Itaque in Persas profectus capta Seleucia, & Ctesiphonte, dum ad Tygrim fluum castrametatur, fulmine ictus periit: Imperauit biennio. Eo mortuo Numerianus filius, et si natu minor cepellit Imperium, sub quo qui martyres effecti leguntur, ad tempus, quo adhuc parte viuente ipse Cæsarem agebat, referendum est: is enim post patris obitum id efficere non potuit, cum paulò post obierit: nec verò sub patre Caro vllam persecutionem ponimus, quoniam is propensus in Christianos fuit: quę verò aduersus illos gerebantur, eo inuito accidebant, præfectis in aliquibus prouincijs absque vllò Imperatoris edicto Christianos diuexantibus. Numerianus igitur cum nimio flectu oculis dolore cepisset, dum lectica portaretur, factione Arrij Apri saceris sui, qui inuadere conabatur Imperium, occisus est: sed cum per plurimos dies de Imperatoris salute

III.

Carus Imperator 40.

Numerianus Imperator 41.

quereretur, concionareturque Aper idcirco illum videri non posse, quod oculos inualidos à vento, ac sole subtraheret, fetore tamen cadaueris re prodita omnes in Aprum inuaserunt, cuius factio latere non potuit, eumque ante signa protrahere: & cum quereretur, quis vindex Numeriani iustissimus fieret: quis daretur Reipublicæ bonus Princeps? Diocletianum omnes vno consensu Augustum appellarunt. Is igitur cum tribunal ascendisset, atque Augustus esset appellatus, & quereretur quemadmodum Numerianus esset occisus, educto gladio Aprum præfectum prætorij ostentans percussit, & *Gloriare*, inquit, *Aper* *Ence magni dextera cadis*. Illud proditum est memoria, cum Diocletianus apud Tungros in Gallia in caupona moraretur in minoribus adhuc locis militans, & cum illa de quadam muliere rationem conuictus sui quotidiani faceret, atque diceret, *Diocletiane nimium auarus, nimium parcus es*, ioco non serio Diocletianum respondisse: *Tunc ero largus, cum Imperator fuero*: Druidem vero, *Diocletiane non nocari, nam Imperator eris, cum Aprum occideris*. Capinus filius Carinæ tu maior, fraterque Numeriani, qui id temporis in Gallia Cæsarianum Imperium obtinebat, vbi patrem fulmine absumptum, fratrem à loco interemptum, Diocletianum Augustum appellatum comperit, contra Diocletianum ire parat, cum quo multis præliis confligit; sed vltima pugna apud Murtium commissa victus occubuit: igitur Carus, & filij vix triennium omnes in Imperio expleuerunt. Ita Diocletianus ad Imperij Romani fastigium conscendit, ex Dalmatia oriundus, vir obscuro loco natus; nam à plerisque scribæ filius, à nonnullis Amullini Senatoris libertinus fuisse creditur.

Diocletian.
Imperat. 42.

III.

Maximian.
consors Imperij
creatur.
Nicephorus
Bapt. Egnat.
Onuphrius.
Eutropius.
Pomp. Lat.
Baronius.

Is cum molem Imperij grauiorem animaduertet, quam vt vnus esse vniuersæ par posset, Maximianum Herculeum Augustum, & confortem Imperij creat, ambobusque duos sibi Cæsares Galerium Maximianum cognomento Armentarium, de cuius nomine dissentiunt scriptores: quidam enim appellant Galerium Maximinum veluti Niceph. lib. 7. c. 17. Baptista Egnatius, & Onuphrius in Fastis, qui id distinctionis causa fecisse videntur, vt eum à Maximiano Herculeo discriminarent: alij, quibus magis assentimur, Galerium Maximianum vocant, vt Eutropius, Pomponius Lætus, & alij, quos sequitur Cardinalis Baronius, probantque ex antiquarum inscriptionum monumentis: nos confusionis vitandæ causa aut Galerium tantum, aut Galerium Maximianum dicemus. Hunc igitur duo illi Augusti appellarunt Cæsarem, & præterea Constantium cognomento Chlorum, Constantini Magni patrem, ducem etiam præclarissimum, tribunitia tunc fulgentem potestate, illustrissimum genere, Romanum, filium Eutropij & Claudie: hos primis vxoribus repudiatis Diocletianus, & Maximianus, quod eis magis fiderent, alias ducere coegerunt. Itaque Constantius repudiata Helena, ex qua iam Constantinum filium susceperat, duxit Theodoram sororem Maxentij, (is erat Maximiani filius) & priuignam Herculei: Galerius autem Valeriã Diocletiani filiam: itaque Romanum Imperium à quatuor eodem tempore, duobus scilicet Imperatoribus Augustis, & duobus Cæsaribus regebatur. Diocletianus moratus callidè fuit, sagax, & subtilis ingenio, & qui seueritate suam aliena inuidia vellet explere: diligentissimus tamè, & solertissimus princeps, & qui Imperio Romano primus Regiæ consuetudinis formam magis, quam Romanæ libertatis inuexit, adorarique se iussit, cum ante eum cuncti salutarentur. Hercules autem propalàm ferus, & inciuilis ingenij, asperitatem suam etiam vultus horrore significans. Cum autem ingrauescente æuo parum se idoneum Diocletianus moderando Imperio sentiret, auctor fuit Herculeo, postquam viginti annis Imperium

perium summa consensione gubernauerant, vt in priuata vitam concederent, cui regē Maximianus obtemperauit: tamen vterque vno, eodēque die priuato habitu Imperij insignia mutauit, Nicomedia Diocletianus, Hercules verò Mediolani post triumphum inclutum, quem Romæ ex numerosis gentibus egerant: rem sanè miram, & ad illam vsque ætatem ingriditam, Imperij habenas Constantio Chloro, & Galerio Maximiano, quos Cæsares appellauerant, tradiderunt. Et quidem Diocletianus Constantinus in proposito mansit, nam per decem annos, quibus priuatus Salonis vrbe Dalmatiæ, ex qua erat oriundus, superfuit, horto, quem ipse plantauerat, colendo vacans, sapiens ad Imperium sollicitus nulla ratione à priuata vita abduci vnquam potuit, testatus nullos sibi vnquam soles lætiores affulsisse. Obiit octogenarius vel alienatione mentis, vel haulto veneno, veritus Licinium, & Constantinum, qui ipsum tanquàm Maximiani fratrem acriter etiam comminādo reprehenderant: sed & Hercules, dum Constantino genero parat infidias, pertæsus vitæ priuata, Imperiū rursus affectans, Malliæ captus Constantij iussu necatur. Nullū alium Diocletianus habuisse videtur filium præter Valeriam siliam, quam Gallerio collocauit, cum Hercules habuerit filium Maxentium: & siliam Faustam, quæ postea nupsit Constantino Magno.

Sub Diocletiano igitur, & Maximiano Imperatoribus, & duobus Cæsaribus Constantino, & Galerio grauissima fuit in Ecclesiam persecutio excitata, iuxta eam supputandi rationem, quam hæctenus secuti fuimus, vnde prima ordine, omnium sanè luctuosissima, & Christianæ religioni maximè funesta, tum propter magnitudinem, tum ob diuturnitatem temporis: quippe quæ à principio statim imperij Diocletiani cæpta in sequentes adhuc Imperatores transfusa fuerit. Ista persecutio effecti sunt martyres Cosmus, Damianus, Sebastianus, Caius Papa, Mauritius tribunus cum integra sua legione Thebæorum, Romanus, Marcellinus Papa, postquam antea magnitudine persecutionis perterritus thus idolis incenderet. Verissimus, eiusque sorores Maxima, atque Iulia Olyssipone vrbe Lusitaniæ clarissima: Eulalia in emerita Augusta, Agnes, Ianuarius Beneuentanus Episcopus, cuius corpus Neapoli asseruatur, sanguinisque illustre miraculum sæpè visitur: Vincentius Diaconus apud Valentiam nobilem Hispaniæ urbem: Vincentius, & sorores Sabina, & Christetis oriundi ex vrbe Lusitaniæ & antiquissima, & nobilissima Eboræ, & secunda secundum Olyssiponem totius regni sede, quæ à veteribus scriptoribus Liberalitas Iulia cognominatur: aliique innumerabiles exquisitissimis tormentis cruciati nobilem martyrij palmam consecuti fuerunt. Sed qui huius persecutionis acerbitatem cupit aliqua ex parte cognoscere, legat Euseb. lib. 8. histor. Eccles. & Nicephorum lib. 7. Et quidem ex Eusebio hæc accipe.

Sebastianus, & insignes vni aliq. per multos martyres efficiuntur.

Erant spectaculum eorum, quæ fiebant, ita crudele, vt omnem narrationem superet, innumera multitudines singulis locis includebantur, & carceres homicidii olim, & sepulchrorum effossoribus deputati tum Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Lectoris, & Exorcistis replebantur ita, vt hi, qui propter maleficia damnabantur, nullus superesset in custodijs locus. Rursus priora edicta subsequerantur alia, quibus carceribus inclusi, si sacrificarent, liberè dimittè, contradicentes verò mille tormentis dilacerari præcipiebantur: quos autem hic singulis locis martyrum multitudinem numerauerit, præsertim per Africam, & Maurorum gentem, Thebaidem quoque, & Ægyptum? Nouimus ex istis aliquot, qui in Palestina, rursus aliquot, qui in Tyro Phœnicia elatæ sunt: quorum innumera verba, & in verberibus necem, admirandum athenæarum constantiam: ac subitum post verbera cum bestijs certamen, & in eo certamine pardalorum, variorum vrsorum, suum agressum, boiūque igne, & ferro adustorum.

VI.

Eusebium.

V

innotuit, & admirabilem fortium athletarum in singulis ferendis bestia tolerantiam quis videndo non obstupesceret? Innumeri viri una cum mulieribus, & pueris varia mortis genera subierunt: quorum alij post rursas, ac torcuras, grauissimamque verbera, & mille alias varios, auditi que horrendo cruciatu igni traditi: alij pelago immersi: alij in cruce suspensi: alij capite demisso truncati affixi, ac viuis tandem in patibulis seruati, donec fame interirent. Haud poterit autem ullo sermone explicari, quae supplicia, quosque cruciatus per Thebaidem sustinuerunt Martyres testis pro vngulis toto corpore ad mortem usque discerpi, ac muliercula vno pede ligata, sublimisque in aera demissis capitibus, lignes quodam instrumento in altum subleuata, nullisque, ac prorsus inuictis corporibus pendentes turpissimum omnibus, atrocissimumque spectaculum praebuerunt. Rursus alij arboribus, ac ramis alligati vitam reliquerunt: robustiores enim ramos instrumentis quibusdam in unum contrahabant: deinde cuiuslibet illorum Martirum crura alligabant, atque ita eos in suum quemque locum natura sua recurrere permittentibus subitam membrorum distractionum efficiebant. Vidimus & ipsi locis illis constituti complures vno die, alios capitis truncationem, alios ignis supplicium perpati, ita ut licet gladium hebetaret, laborandoque deficeret ac delassati occisores sibi inuicem succederent. Alij fustibus, alij virgis, alij flagris, alij loris, alij funiculis feriebantur: erat hoc spectaculum verberum varium: nam alij manibus post tergum vinctis in ligno extollebantur, ac instrumentis quibusdam membris extendebantur: tum vniuersum corpus tortores inuisi torquebant, & non solum lateribus, sed & ventre, & tibijs & genis vngularum asperitate dilaceratis cruciabant: alij vna manu a testudine pendentes videbantur, qui acerbiores iuncturarum, & membrorum extensionem sustinebant: alij ad columnas ita ligabantur, ut frontibus aduersis sese afficerent, & pedibus tamen non subsisterent, sed corporum pondere violenter adacti, & vinculo- rum constrictione extensi torquebantur. Ligno post verbera imponebantur, ac per quatuor foramina utroque pede sic extendebantur, ut necesse esset eos supinos esse in ligno, nec tamen corporis sui facultatem haberent propter vulnera, qua toti erant corpori a plagis inflata: alij ad pavementum proiecti densa tormentorum vi adurebantur. Iam vero totam Christianorum ciuitatem in Phrygia obsidione cinctam una cum viris, mulieribus, & paruulis combusserunt: quoniam se omnes Christianos esse confessi sunt.

VII.

Quid attinet nominatim reliquorum facere mentionem, aut virorum recensere multitudinem, aut varia supplicia suscipiendorum martyrum describere, qui partim securibus caesi sunt, sicut contigit in Arabia, partim fractis cruribus puniti, ut in Cappadocia, partim ex pedibus in sublime capite demisso suspensi, ignique remissione subiecti ardentis materia fumo extincti, ut in Mesopotamia: alicubi etiam naribus, auribus, ac manibus mutilati, deinde reliquis membris, ac partibus in morem lanij concisi, ut Alexandria. Quid opus est eorum refricare memoriam, qui Antiochia carbonibus ignis non ad mortem, sed ad supplicij disturnitatem sunt adusti: & aliorum, qui dexteris citius in ignem miserunt, quam ut sceleratissima crucifixa contingerent? In Ponto vero alia audiri horrenda sunt passi, quorundam utraque manu digiti acuti calamis sub extremis vnguibz sunt perforati, alij plumbo igni liquefacto bulliente adhuc, & ignescente tergora persusi, & membris corporis potissimum necessarijs mutilatis, alij in arcanis membris, ac visceribus turpes, & intolerabiles cruciatus perpassi, quales generosi illi iudices, ut ingenij sui subtilitatem veluti quandam sapientiae virtutem contentiosus ostenderent, excogitabant. Dici haud potest, quam innumerabilis hominum multitudo dextris oculis ferro offensis, & post illorum expunctionem adhibito candentis ferri cauterio, ac sinistris poplitebus rursus canterio debilitatis ad metallorum prouincia sodinas non iam vsus, quam afflictionis gratia sit damnata. In quibus omnibus supplicijs per vniuersum orbem splendentes diuini martyres suis ipsorum persecutoribus per incredibilem animi magnitudinem obstupefactis seruatoris nostri diuinae potentiae longe illustrissima argumenta praebuerunt. Atque haec de huius persecutionis acerbitate ex Eusebio delibasse sufficiat,

Duodecimae

Duodecima Ecclesie sub Iuliano Apostata persecutio.

SECTIO. XII.

Seniores Augusti Diocletianus Iovius, & Maximianus Hercules, priusquam
 se imperio abdicarent, appellauere annuente senatu Augustos Constantium
 Chlorum, & Galerium Maximianum cognomento Armentarium, quos iam
 antea Cæsares nominauerant, atque inter eos Romanum orbem diuiserunt, ita
 vt Galliam, Italiam, Africam Constantius Illyricum, Asiam, Orientem Galerius
 obtineret. Constantius tamen, (vt ait Eutropius, quem hac in re potius sequen-
 dum arbitramur, quam auctorem panegyrici dicti Maximiano, & Constantino,
 cui adheret Cæs. Baron. 2. tom. Annal.) contentus dignitate Augusti Italiae, ac-
 que Africa administrandæ sollicitudinem recusauit: Galerius autem cum Italiam
 quoque sinente Constantio administrationi suæ accessisse sentiret, patiendi la-
 boris causa duos Cæsares creauit, videlicet Maximinū, (quem alij Maximianum
 iuniorem, alij Maximum vocant,) quæ Orientali, & Seuerū, quem Italiae præfecit.
 Verum Constantio mortuo in Britannia Eboraci anno principatus 13. Constans
 tinus eius ex priori matrimonio filius in Britannia creatus est imperator, & in lo-
 cum patris successit: Romæ interim prætoriani excitato tumultu Maxentium
 Maximiani Herculei filium, Augustum appellarunt: quo nuncio Maximianus
 Hercules ad spem resumendi imperij, quo se penè inuitus suadente Diocletia-
 no abdicauerat erectus Romam aduolauit à Lucania, quam sedem priuatus ele-
 gerat, Diocletianumque etiam per literas fuit adhortatus, vt ipse quoque ad im-
 perium rediret, quas tenax concilij Diocletianus irritis: aduersus eandem præ-
 torianorum, & Maxentij factionem Seuerus Romam missus à Galerio cum exer-
 citu, cum urbem obsideret, suorum scelere desertus, fugiensque Rauennæ inter-
 fectus est: ita auctæ Maxentio opes, confirmatumque imperium. Porro Maximi-
 anus Hercules Maxentium filium imperio conatur expellere, habitaque ea de-
 read milites concione cum nihil proficeret, imò eos magis in seipsum incitaret,
 profectus ad Gallias, dolo composito tanquam à filio esset expullus, vt Constan-
 tino genero iungeretur, re ipsa vt Constantinum interimeret, qui in Galliis &
 militum, & provincialium ingenti iam fauore imperabat, detectis insidijs per
 Faustam filiam, quæ virum potius, quam patrem viuere cupiebat. Massiliam pro-
 fugit, ibique oppressus occubuit. Pro Seuero Galerius Cæsarem fecit M. Iulium
 Licinium strenuissimum ducem, ex Dacia oriundum, pauld post Galerij mors
 consecuta est: nam cum relicto in Illyrico Licinio Romam contra Maxentium
 contenderet, & in itinere certior esset factus de seditione militum futura, si cum
 Maxentio pugnaret, in Illyricum reuertit, vbi in morbum incidit vlcere inguini-
 bus innato virilia exedente: itaque putrescente tota illa corporis parte, ac ver-
 mibus scatente grauissimis afflictatus doloribus, suspicatus est ob seuitiam in
 Christianos eam ipsi calamitatem accidisse: quam ob causam decreta omnia cõ-
 tra Christianos reuocauit, eòsque accersiri iussit, vt pro salute principis orarent,
 sed noluit Deus salutem dare homini sanguinario, & qui si vixisset, ad genium
 reuenteretur. Obiit tandem ex eo morbo, cum solus annis vndecim imperasset:
 cum Cæsaris autem, & imperij consorte sexdecim: legendus est Eusebius lib.
 8. hist. cap. 16. & 17. Post eius obitum Romana Respublica à quatuor simul prin-
 cipibus regebatur, Constantino, & Maxentio Augustis, Licinio, & Maximino
 Cæsaris. Et quidem Maxentius Romam, & Italiam, Marcus Licinius Illyri-
 cum, & Græciam, vbi se imperatorem appellari fecit: Maximinus, verò Orientem

Constantin.
Imperat. 44.

retento Cæsaris nomine administrabat. Ceterum Constantinus contra Maxentium tyrannicè Romæ imperantem, & in omnes nobiles sæuientem accersente senatu ire parat: eius copias multis præliis fudit, tandemque monstrata sibi diuinitus in cælo cruce, de qua ad initium capitis septimi fusiùs dicturi sumus, collatis signis ad pontem Miluium Maxentium superauit, qui in Tiberim cum equo decedens submersus interiit. Sic Italia potitus Constantinus, atque à Syluestro Pontifice Maximo baptizatus imperium Romæ felicissimum, & vniuersæ Ecclesiæ faustum obtinuit. Non multò post in Oriente Maximinus Cæsar non contentus appellatione Cæsaris, inuidensque Licinio, qui se iam imperatorem nominabat, res nouas molitur, sed oppressus tamen à Licinio se apud Tharsum, ne viuis caperetur, strangulasse dicitur.

II. Post hæc Constantinus Licinio, quamquam ei sororem Constantiam collocauerat, bellum intulit, eo quòd Christianos persequeretur, ac primò eum in Pannonia, deindè ingenti apparatu bellum apud Cybalas instructum repentinus oppressit, omnique Dardania, Mesia, Macedonia potitus, vita tamen donauit precibus Constantiæ: sed quia iterum rebellat. instituerat, iussu Constantini fuit interemptus simul cum Martiano, quem Cæsarem appellauerat: atque ita ad vnum Constantinum totum dante numine deuenit imperium, eidemque præclarum magni cognomen optimo iure tributum. Et verò meliùs Constantini & genus, & filiorum eius in imperium successio perspecta sit, sciendum Constantium Chlorum patrem Constantini Magni ex Helena priori vxore (quod enim aliqui concubinam eius appellant, longè abest à vero) nullum alium filium, quàm Constantinum suscepisse; ex Theodora autem Augusta Maximiani Herculei priuigna, quam repudiata Helena, vt superius diximus, ab eodem coactus est ducere, plures habuisse liberos, videlicet Dalmatium, Constantium patrem Galli, & Iuliani Apostatæ, Constantiam, quæ nupsit Licinio imperatori, & alios, quos, quia ad institutum nostrum minimè faciunt, còsultò prætermittimus: quia igitur Constantinus maximus erat natu filius, vt potè ex Helena priore coniuge susceptus, idcirco eum Constantinus imperij heredem testamento declarauit. Suscepit Constantinus ex Fausta vxore Maximiani Herculei filia quinqueliberos, Constantinum, Constantem, Constantiam, Helenam, & Constantiam: & ex priore, quæ ab eo dilecta fuerat, Crispum adolescentem pulcherrimum, quem Fausta Constantini vxor dicitur deperiisse, atque ad libidinem sapiùs tentasse, quem de vi falsò accusatum à Fausta, quòd ei consentire noller, iussit Constantinus interfici, posteaque veritate comperta ipsam quoque Faustam trucidari. Vixit Constantinus sexaginta sex annis, è quibus triginta duobus imperauit, minus duobus mensibus, quæ est communior sententia, quam tradunt Epiphanius libro de resurrect. Eusebius in vita Constantini, Victor in Constantino, Zonaras tertia parte Annalium, Pomponius Lætus, & alij. Diuisum est inter filios imperium: Constantinus natu maximus Gallias, Hispanias, Britanniam obtinuit: Constanti Italia, Africa cum insulis, Illyricum, Macedonia, Achaia, Peloponnesus, Græcia cesserunt: Constantio obuenerunt Oriens, & Thracia, & eius caput Constantinopolis: Dalmatius simul, cum Constantio imperarunt: verum seditione militari est interfectus neque prohibente, neque iubente Constantino.

Epiphanius.
Eusebius.
Victor,
Zonaras.
Pomponius.
Imperium
inter Con-
stantini filios
diuisitur.

III. Non fuit diuturna inter fratres concordia, cum quisque totius Romani orbis summam, & imperium affectaret. Itaque Constantinus Gallico fretus exercitu Constanti fratri bellum mouet: quod dum cupidius, quàm cautiùs gerit, ad

Aqui-

ad Aquileam interceptus insidijs nondum triennio principatus finito vulneribus confossus occubuit. Tum Constans transalpinas provincias in suam potestatem redegit, sed Magnentij dolo, qui Italiam, Africam, Gallias, & Illyricum obtinebat, & se Imperatorem nominabat, opprimitur anno ætatis paulò amplius trigesimo, Imperij decimotertio, à cuius morte Constantius solus Imperat. Eadem fratris vturus ingenti exercitu aduersus Magnentium comparato eum memorabili prælio ad Murrium fudit, quo Romani Imperij vires magna ex parte concidere quinquaginta millibus vtrinq; desideratis: mox cum Magnentius bellum reparasset, & ad Lugdunum iterum victus esset, gladio sibi latus aperuit: deinde Gallum à se antea dictum Cæsarem nomenclatione Cæsaris ferocientem interemit, atque in eius locum Iulianum Galli fratrem tres, & viginti annos ætatis agentem Cæsarem nominauit, tradita ei in matrimonium Helena sorore: ipse verd in Persas contendens, dum agrè ferret Iulianum ab exercitu Augustum appellatum, apud Mopsucrenen iuxta Tauri montis radices ardentissima febre decessit. Constantio extincto facile Iulianus Imperium solus obtinuit, statimque ad Gentilium superstitiones deflexit, (vt fule refert Socrates lib. 3. historiae Ecclesiasticæ, & Sozomenus lib. 5.) circumeundo per quiritates Deorum templa aperit, & statuis sacrificat, seque ipsum summum Sacerdotem nominat. Is nouo genere bellandæ Ecclesiam fuit persecutus, quæ fuit 12. & grauissima persecutio. Præcepit ne in curia militarent ij, qui Christianam fidem relinquere, & simulachris sacrificare nollent, & vt ne Christiani fierent præsidēs provinciarum, sicut lex, inquit, præcipit non vtendum esse gladio aduersus eos, qui morte digna deliquerunt. Episcopos cum assentionibus, tum muneribus ad sacrificandum prouocauit, quæ res plurimos ad sacrificia idolis facienda permouit. Sciens autem quàm multis in bello pecunijs opus sit, eas callidè à Christianis colligere cogitat: itaque sacrificare nolentibus pecuniarum multam imponit, duraque fit contra eos exactio. Tunc & Gentiles, inquit Socrates, Christianos obruunt, fitque concursus eorum, qui Philosophari dicebantur, & mysteria quedam instituuntur, ita vt inspectores viscerum pueros imberbes, masculos, & femellas mactarent, carnesque eorum degustarent: & hæc quidem cum per alias ciuitates, tum Athenis, & Alexandria geruntur, & contra Athanasium Antistitem insidia tenduntur, vt eum loco moueant. Præsidēs provinciarum cupientes sese in Imperatoris animum insinuare Christianos durius, quàm mandatum fuerat ab Imperatore tractabant, pluresque pecunias, quàm oporteret, exigebant, tormentis etiam adhibitis: quæ cum rescisset Apostata, contempsit, quin & Christianis ob eam causam ad se accedentibus, conquerentibusque, *vestrum est, inquit, ferre, cum afflicti amini, hoc enim est Dei vestri mandatum.* Præcepit etiam ne pueri Christianorum in poetis, ac reliquis commentoribus Ethnicis instituerentur, & ne ad harum rerum præceptores accederent: offenderant enim eum haud mediocriter Apollinarius Syrus, Basilus quoque, & Gregorius Cappadoces, qui temporis illius Rhetres longè superabant, & alij plurimi viri eloquentissimi, quorum alij Næanæ Synodi decretis adhærebant, alij ex Ariana hæresi prodibant.

Quoniam igitur ex Ethnicorum lectione facultatem persuadendi parari putabat, vt hoc quoque præsidium Christianis eriperet, prohibuit, ne Gentilium disciplinis exercerentur. Verùm Apollinarius ille, cuius paulò ante mentinimus, legem impij Imperatoris sapienter elusit: etenim, vt erat eloquentissimus, & componendi carminis peritissimus, pro Homeri poemate sacrarum litterarum historias Heroico carmine ad Saulis vsque Regis tempora conscripsit.

Iulianus
Apostata
Socrates.
Sozomenus.

Socrates.

& in viginti quatuor tomos totum illud opus distribuit: composuit quoque comœdias ad similitudinem dramatum Menandri, Euripidis quoque tragediam, & Pindari lyricam imitatus. Evangelia, & Apostolica dogmata in formam dialogorum ad exemplum Platonis redegit: & vt in summa dicam, ex diuinis literis sumptis liberalium disciplinarum argumentis breui tempore lucubrationes concinnauit & numero, & eloquentia pares, ingenio quoque, & elegantia certantes cum illis, qui apud Ethnicos in eo scribendi genere celeberrimi habebantur, ita vt nisi morales vetustatem haberent in pretio, haud minore studio Apollinarij scripta, quam illorum didicissent. In odium quoque Christianorum Iulianus fauere instituit Iudæis: itaque eos accersit, & percontatur, cur sacrificijs abstineant, cum lex Moysi sacrificare iubeat? audiens idcirco non litare, quoniam id alio loco facere, quam Hierosolymis nefas esset, confestim Salomonis templum instaurari iubet, sed quomodo opus fuerit diuinitus impeditum, non est huius loci commemorare: legat, qui volet, Socratem lib. 3. hystoriae Ecclesiasticae, cap. 20. Sozomenum libro 5. capit. 22. D. Chrysostomum oratione 2. contra Iudæos. Tandem coacto exercitu aduersus Persas contendens, commisso praelio aderat ipse equo insidens, exercitumque confirmans, inermis tamen, & sola spe felicitatis confusus: quam iaculum ex obscuro fertur, ac penetrato brachio lateri infigitur: quis tamen iustissimum illud vulnus infixit, incertum: plerique à quopiam effugiente visum humanum, hoc est Angelo illatum putant, quod ipse quoque potius crediderim: Iulianum quidem vulnere accepto refert Theodoret. lib. 4. hystoriae Ecclesiasticae cap. 25. impleuisse manum suam sanguine, & sparsit illo in aëra dixisse, *Visisti Galilæe*. Ita impius Apostata, vt merebatur, perit anno aetatis trigesimo primo, Imperij vero iuxta veriorum chronologiam biennio nondum finito: quantumcumque Socrates tertium eius Imperij annum numeret. Atque hæc vniuersè, & generatim de generalibus Ecclesiae persecutionibus dicta sufficiant, quæ ad eorum, quæ in consequentibus dicenda sunt, illustriorem cognitionem, necessariò præmittenda à nobis fuerunt: nunc ad visionis commentationem reuertamur.

Theodoret.

Socrates.

COMMENTARIUM QUARTVM EXEGETICVM.

De secunda visione Ioannis.

Quidnam sit per hos equos intelligendum, & cur mundi imperia equorum nomine exprimantur.

SECTIO PRIMA.

I. **C**OMPREENDI hoc loco à Ioanne totum illud tempus existimamus, quo Ecclesia varias rerum vicissitudines, & persecutiones tolerauit à primis suæ fundationis initis non solum vsque ad Imperium Constantini Magni, quo tempore præcedentium tempestatum turbines serenitas consequuta Ecclesiam adhuc sanguine madentem excepit:

excepit: verum etiam vsque ad Iulianum Apostatam, qui nouo genere bellandi Ecclesiam persequens tandem Apostasia, & impietatis suae poenas luit Deo pro sua sponfa dimicante: atque ad eum per quemlibet horum equorum Imperium Romanum intelligendum esse sub diuersis Imperatoribus, qui percellentes, & equites accipiendi sunt. Quam expositionem sequitur Petrus Aureolus Cardinalis Seraphici ordinis in commentariis super Apocalypsim, eamque referunt hoc loco Lyranus, & Dionysius Carthusianus, immerito refellere conantur. Et quidem imperia in factis literis equorum nomine significati demonstrat locus ille Zachariae 6. ubi in quatuor quadrigis quatuor mundi imperia Prophetæ ostenduntur, quemadmodum exponit Diuus Hieronymus, & omnes Hebraei: etenim in prima quadriga, quæ equis rufis constabat, imperium Chaldaeorum exprimitur propter sauitiam, quam in multis prouincijs vastandis exercuit: in secunda equorum nigrorum, imperium Medorum, atque Persarum Iudæis maxime luctuosum à tempore Cambysis vsque ad secundum annum Datij Hystaspis: in tertia equis albis surgente, imperium Græcorum sub Alexandro Macedone lætæ, ac faustum Hebræorum genti, quemadmodum narrat Iosephus libro 11. anti quitatum, cap. vlt. In quarta denique variorum equorum imperium Romanorum, qui partim elementes in Iudæos, partim crudeles extiterunt. Huius vero appellationis ratio multiplex afferri potest.

Prima est, quia equus imperiosum est animal, atque ad eum merito temporalis dignitatis symbolum: quæ adnotatio est D. Gregorij lib. 31. Moralium, capite 18. vnde Salomon Ecclesiast. 10. *Vidi, inquit, seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram: Et Psalmo 75. Dormitauerunt qui ascenderunt equos, id est, qui temporali dignitate excelebant. In hanc sententiam D. Augustinus interpretatur illud Psalmi 32. Fallax equus est salutem: Equum, inquit, accipe quamlibet amplius diuitem, & honorem, in quem superbus ascendis, & in quo non tantum celsorem te, sed etiam tutiorem falso putas: quomodo autem te deiciat, nescis, tanto elisum grauius, quanto sublimius ferebaris: vnde subditur. In abundantia autem virtutis suæ non saluabitur: quasi dicat: non de honore, non de gloria, non de equo: vnde igitur de misericordia Dei. Vide quid sequitur: Ecce oculi Domini super timentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Secunda ratio est, quia regna tanquam equi à Deo gubernantur, laxatis videlicet, vel inhabitis eorum siue quoad diuturnitatem, siue quoad varios rerum successus, & vicissitudines habentis: vnde Ezechielis 1. Deus præsidere imperiis monstratur, cum super illa quatuor quadriformia animalia, quæ quatuor imperia expresse runt, sedere describitur, ad cuius etiam nutum animalia huc, & illuc mouebantur, vt ibidem dicitur: nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas, id quod de volatu quoque, & gressu accipiendum est: animalia enim illa interdum volabant, interdum etiam ambulabant, & gradiebantur, vt habes eodem capite. Hanc eandem ob causam ipsa etiam iusti hominis anima currui, quem Deus gubernat, comparatur: hoc enim sensu Diuus Ambrosius libro de Isaac capite octauo, interpretatur illud Sponsæ Canticorum 6. quod ipse iuxta translationem Septuaginta ita legit. *Posuit me currus Aminadab. Rector noster, inquit Ambrosius, Christus est, anima currus. Si currus est, habet equos vel bonos, vel malos: boni equi virtutes sunt anima: mali, passiones corporis: bonus ergo rector malos equos reuocat: bonos incitat. Boni equi sunt quatuor, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia: mali vero trācundia, Concupiscentia, Timor, Iniquitas. Itaque licet intelligibili spectaculo videre vnum, quemque animam cum summo certamine ad caelum rapi, festinantes equos, qui priores**

P. Aureolus
Lyranus.
D. n. Carib.

Zach. 6.
Imperia
equorum no-
mine signifi-
cantur in
Scriptura.
D. Hieron.

Iosephus.

II.
D. Gregor.
Cur per equos
significatur
imperium.
Eccles. 10. 7.
D. August.
Psal 32. 12.

Ezech. 1.

D. Ambros.
Cant. 6. 11.
Anima no-
stra currus,
rektor Chri-
stus, virtutes
equi boni,
passiones
mali.



perueniant ad brachium Christi: quorum prius imponatur palma cernicibus: isti sunt equi subie-
 ti fidei Christi iugo, ad stricti vinculo charitatis, iustitia franu. Hac Ambrosius. Quod
 vero ad malos equos pertinet, expendit Origenes homilia 15. super libr. Iolue,
 non vacare mysterio, quod Dominus Iosue præcepit cap. 11. vt equos Regis Ia-
 bin subneruaret, & currus igne combureret. Equus, inquit, lasciuia motus, & superbe
 cervicis est animal, quare si passiones corporis, id est, libidinem, & superbiam, quibus anima ve-
 lut equitans vectatur, & fertur ad præcipitia, equus, & currus intelligamus, non erit rationi
 nostra contraria intelligentia: hos igitur equos iubet Dominus subneruari: subneruatur autem
 equus, cum corpus eius, & omni abstinentia afflictione maceratur: ideo enim & sal-
 lax equus dicitur ad salutem, Psal. 32. si muros corporis nostri fieri permitamus infranis, nec ab-
 stinentia iugo lasciuia carnis, & superba colla subdamus: currus etiam iubetur incendere, id
 est, omnem arrogantia spiritum & fecere.

III. Tertia ratio delumitur à mundana gloria varietate, breuitate, & inconstan-
 tia, vt rectè cursui perniciosum equorum laxis habenis currentium, & sæpè in præ-
 cipitia ruentium, fessoresque deturbantium comparari dicitur: infinitum esse,
 quot imperij gloria deiecerit, percensere, bonaque ex parte ex iis, quæ de Roma-
 nis Cæsariibus, & Imperatoribus diximus præcedenti commentario, testatam
 relinquitur. Quam eandem ob causam Zachar. 6. eadem quatuor mundi impe-
 ria in quatuor quoque ventis designantur, qui turbulentiis excitatis pro-
 cellis, factoque fortissimarum nauium, imò & integram classium saufragio
 felicem solent reum publicarum statum momento temporis labefactare, &
 euertere. Et quidem quod attinet ad inconstantiam, ea Ezechielis 1. clarè descri-
 bitur, cum singulis illis animalibus, quibus quatuor orbis imperia adumbrata
 fuisse paulò ante diximus, singula rotæ adhaerisse dicuntur in omnem partem
 facile volubiles, quæ proculdubio rotam fortunæ, quæ imperiis maximè domi-
 natur, significant: breuitas vero non potuit exprimi luculentius, quàm illa apud
 Esaiam cap. 1. similitudine, Fortitudo vestra quasi fanilla stipula, & opus vestrum quasi
 scintilla. Quarta ratio est, quia quemadmodum equus est animal bellicosum, ita
 mundana felicitas bellicosa est, dissensionumque, ac bellorum seminarium, vt ex
 præcedenti commentario manifestum est: vnde Genes. 13. de Lot, & Abraham,
 postquam nimium locupletes, & opulenti euaserant, dicitur: Erat substantia eo-
 rum multa, & nequibant habitare communiter: vnde & facta est rixu inter pastores gregum
 Abraham, & Lot.

Quinta ratio, quia equus petulans, & lasciuus est animal: sic enim potentia,
 & opum magnitudo lasciuia, petulantiam, genusque omne vitiorum inuehit,
 quemadmodum multis locis testatur Scriptura, veluti Hierem. 5. saturati eos, &
 mechati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur: Deuteronom. 32. Incrassatus est
 dilectus, & recalcitrauit. Et Psal. 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, id est, ex
 abundantia: in quem locum D. Aug. docet quosdam ex macie, id est, propter ne-
 cessitatem peccare: alios vero ex pinguedine, id est, diuitiarum affluentia, atque
 hos prioribus longè grauius. In eandem sententiam exponit D. Gregorius libro
 12. Moralium cap. 22. illud Iob 15. Contra Omnipotentem roboratus es, incurris
 aduersus eum erecto collo, & pinguis ceruice armatus es: Potens, inquit, iniquus pin-
 guis ceruice contra Deum armatur, quia rebus temporalibus tumens contra præcepta vi-
 ritatis quasi de magnitudine carnis erigitur: Denique Ezechielis 16. Hac fuit ini-
 quitas Sodoma sororis tue, superbia, saturitas panis, & abundantia, vbi superbia cum
 saturitate panis coniungitur: merito igitur Apostolus ait 1. ad Tim. 6. Diuitibus hu-
 ius sæculi præcipe non sublime sapere, quia himirum diuitibus, ac potentibus præcipue
 opus

opus est humilitate, qua intelligant se natura communione reliquis hominibus esse similes, eiusdemque infirmitatis participes: id quod etiam sponsus subtiliter sponsa commendauit illis verbis Canticorum *1. Murenilus aurea faciemus tibi, vermiculatas argento*: quo loco obseruandum est verbum illud, *vermiculatas*, idem esse, atque quibusdam quasi vermiculis cælatas, quo videlicet sponsa habens semper ante oculos illas vermiculorum imagines nequaquam de sua altitudine superbi-
ret, sed intelligeret se nihil aliud ex se esse, quam vermiculum, id est, abiectionis-
mam, tandemque in vermes esse conuertendam, quantum eumque sibi nobilis,
& pulchra videretur. Has igitur ob causas imperia merito equis comparantur.

Can. I. II.
Mortis me-
ditatio ad
humilitatem
conducit.

Primum sigillum de equo albo, & equite habente arcum, & coronam, aperitur, & explicatur.

SECTIO II.

APERTO primo libri sigillo apparuit equus albus, & qui sedebat super illum, I. habebat arcum, & data est ei corona, & exiit vincens, vt vinceret. Per hunc equum iuxta ea, quæ diximus, designatur imperium Romanum sub Caio Caligula, qui Tiberio successit: is enim nulla in re dimexauit Ecclesiam, imò Herodem, qui Ioannem Baptistam obruncauerat, & Christum in passione indutum veste alba irriserat, vnà cum Herodiade vxore perpetuo in Occidente multauit exilio, vt auctor est Nicephorus lib. 2. historiae Ecclesiasticae capite 9. cuiusque tempore Pontius Pilatus maximus fuit affectus contumeliis, & extrema calamitate oppressus, imò ad eas redactus angustias, vt mortem ipse sibi conciuerit, & sui ipsius & iudex, & vindex factus sit: quem admodum narrat Eusebius lib. 2. hist. Eccl. cap. 7. & Nicephorus lib. 2. cap. 10. Deinde Caius fidei prædicationem minimè impediuit, quo fit, vt optimo iure per equum album, qui color fidelitatem, & latitiam denunciat, Caligula intelligatur imperium: eo enim tempore Christus veluti eques, quem videlicet Caligula ipse adumbravit, tametsi gentilis imperator, sicut & apud Esaiam Cyrus Persarum Imperator Christum Dominum figurauit in soluenda captiuitate Iudæorum, faciendaque potestate Hierosolymitani templi instaurandi, vt patet ex illis verbis apud Esaiam cap. 45. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, &c.* Christus, inquam cepit prædicatione Apostolorum ad gentes discurrere, & potentia suæ, ac prædicationis fidei arcu multos ad fidem suam, & religionem traducere: denique victor de variis Gentilium superstitionibus, & idololatriæ impietate gloriose triumphare, vt merito ei corona tanquam victori non solum à patre, sed etiam à Gentibus conuersis tanquam Regi suo data videatur, cum illa sese eius imperio, & fidei subiecerunt: nec verò insolens est in sacris literis Christum Dominum equitem appellari, vt patet ex Abacuch cap. 3. cum dicitur: *Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua saluatis.*

Nicephor.
Pilatus ipse
sibi mortem
conciuit.

Eusebius.
Nicephor.

Esaiæ 45. 1

Abacuch 3.

Caius in ho-
stes Christo
Iudeos dicit
in consilio de-
saur.

Vel certe Caius ipse, non vt Christi typus, sed sub ipsius nomine dicitur habere arcum, & esse vincens, vt vinceret: quoniam, vt superiores auctores tradunt, diuino quodam consilio, & prouidentia effectum est, vt Caius in Iudeos infestissimos Christi hostes mirum in modum incitatus eos maxime haberet exosos, acerrimèque persequeretur, & alio licet spectans, pro Christo bellum gereret, arcumque in Christi persecutores intenderet, Ecclesia interim pace fruente, augetenteque in dies fideum numero, & gentium conuersione per id tempus in mystica illa lincione Petro denunciata, vt iure optimo dici potuerit

Caius pro Christo in praelium intento arcu exiisse vincens, & vinceret. Siquidem fidelibus nulla ex parte diuexatis Iudæos ita deiecit, vt facillè intelligerent eas sibi calamitates propter nefariam Christi necem euenire, vt sapienter in Annalibus eius temporis annotauit Cardinalis Baronius, multaque alia præstitit, quæ in Christi Domini victoriam cesserunt, vt paulò post dicemus. Atque in primis maxima fuit illa Iudæorum clauis Alexandria, cum Flaccus præfes prouinciarum non inficio, vt par est credere, imperatore in prosequendis, hoc est, synagogis statuas ad imperatoris effigiem expressas dedicari præcepit, ac paulò post edictum proposuit, quo Iudæos inquilinos, exteròsque appellabat, damnabatque indicta cauta, vsurpans ipse sibi partes delatoris, testis, & pœnarum exactoris: itaque in domos, & officinas Iudæorum effractis foribus irrumpebatur, ipsi suis bonis, facultatibusque euerdebantur, & rerum necessariorum inopia oppressi ante oculos mori præ fame uxores, paruòsque liberos videre cogebantur, & vbicumque conspicerentur Iudæi, aut coniectis quamprimum saxis necabantur, aut fustibus ad mortem vsque contusi miserrimè interibant: intòdum etiam familiarè integre cum visis, vxoribus, parentibus, liberis in medio foro exurebantur, multaque aha sanè crudelia, & immania fiebant in Iudæos, de quibus fusè in Flacco Iudæus Philo conqueritur. Quin etiam ipse Imperator Colossum sibi in intimis adytis Hierosolymitani templi poni mandauit ascito israheliticum Iouis cognomine, licet flexus postea regis Agrippa literis, Hierosolymis tantum exceptis, in finitimis vrbibus altaria, templa, & statuas erigi sibi præceperit: sed quod ad illustrandum hunc locum maximè pertinet, Caius, vt superius perstrinximus, Herodem, qui Ioannem Baptistam obruncauerat, & Christum in passione indutum veste alba cum exercitu suo irriserat, ad Lugdunum Galliarum urbem ablegauit, vt refert Iosephus in libro decimo octauo antiquit. capite 9. & Pontium Pilatum, qui Christum seruatorem per summam impietatem, & iniusticiam morti adiudicauerat, ad Viennam perpetuo dānauit exilio, vt auctor est Ado in Chronicis, *Tantisque vt eius verbis vtatur, irrogante Caiso languoribus constitutus est, vt sua se transferberans manu multorum malorum compendium morti celeritate quaferit.* Quoniam igitur Caius Iudæos Christianæ fidei religionis hostes infectatus est, atque de Herode, & Pilato ex Dei prouidentia, & consilio pœnas sumpsit, ac rem Christianam minime impediuit, meritò sanè dicitur accepisse arcum, pro Christo scilicet, & exiisse vincens, vt vinceret.

111. Verùm vt hæc meliùs intelligantur, aduertendum est arcum interdum sumi pro supplicio à Deo siue illato, siue inferendo, veluti Psal. 59. *Dedisti me uentibus significacionem, vt fugiant à facie arcus.* Cuius similitudinis ratio ea est, quemadmodum docet D. Augustinus, & cæteri serè interpretes in eum locum, quia sicut in arcu quantò longius chorda trahitur, tanto fortius sagitta emittitur, ita supplicium quantò magis à Deo differtur, tanto postea inferitur funestius. Aduerte autem in iisdem verbis summam Dei misericordiam, qui per suppliciorum comminationes antegressus solet peccatores admonere, vt ea curent per penitentiam subire fugere, quo eodem sensu D. Basilius exponit illud Psal. 7. *Arcum suum tetendit, & parauit illum,* obseruans omnem Dei operam in intendendo, & parando arcu consumi, ad terrendum videlicet, ne cogatur sagittam iacere. Deinde sumitur arcus pro sacra scriptura: vult autem D. Gregorius libro 19. Moralium cap. 28. in chorda testamentum nouum, in cornu verò testamentum vetus accipiendum esse: quia quemadmodum in arcu, dum chorda trahitur, cornu curuatur: ita in sacra scriptura, dum testamentum nouum legitur,

Baronius

Phil. Iud.

Herodes à

Caiso ablega-

gatur. Iosephus. Pilatus exilio perpetuo dampnatur. Ado.

111.

Psal. 59. 6.

D. August. Supplicium cur in arcu significatur. Misericordia Dei ostendit, cum minatur.

D. Basilius.

Psal. 7.

D. Grego.

Arcus sumitur pro scri-

ptura sacra.

legitur, duritia testamenti veteris emollitur: ad eius namque spiritalia, & blanda precepta litera se rigor inclinat, quae ratio est etiam D. Augustini in illud Psal. 7. iam citatum, *Arcum suum extendit, & paravit illum. Arcum, inquit, istum scripturas sanctas libenter acceperim, ubi fortitudine novi testamenti quasi nemo quodam duritia veteris flexa, & domita est.* Hinc tanquam sagittae divinae praeconia iaculantur: quae enim alia sagitta percussa est, quae dicitur Cantic. 2. *Vulnerata charitate ego sum:* sic enim est apud Septuaginta, quorum translationem sequitur Augustinus pro eo, quod nos habemus, *Quia amore langueo.* Aduertit autem D. Augustinus, quod sequitur, *Sagittas suas ardentibus efficit:* iuxta quaedam exemplaria legi, *Sagittas suas ardentibus efficit:* quia nimirum sagittae ardere faciunt, quod utique praecitare non possunt, nisi & ipsae ardeant; quo significatur concionatoris verba debere esse veluti ardentibus quaedam sagittas, quae auditorum corda valeant compungere, & penetrare, atque diuini amoris facibus inflammare: quemadmodum de Helia dicitur Ecclesiastici quadagesimo octauo, *Surrexit Helias propheta quasi signa, & verbum ipsum quasi facula adolebat:* & Hierem. 5. *Ecce dedi verba tua in ignem, & populum istum in ligna:* quia videlicet concionator debet auditores igne poenitentiae, & charitatis inflammare: vel etiam, quia sicut ignis conuertit ligna in cinerem: ita concionator debet in animis auditorum cognitionem suae fragilitatis, & vilitatis ingenerare.

D. August. Psal. 7. 13.
Cant. 2. 5.
Septuaginta
Interpres.
D. August.

Concionatoris
verba sunt
ardentia.
Ecl. 48. 1.
Hier. 5. 14.

Nec verò Scriptura sacra dumtaxat arcui, sed etiam sagittis comparatur, quas Deus ipse per Doctores Ecclesiae, Diuinique verbi praecones tanquam per arcus solet emittere: vnde de prauis Doctoribus dictum est Osee 7. *Facti sunt quasi arcus dolosus:* & Psal. 77. *Auertunt se & non seruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum:* id est intendit eos Deus quasi arcum ad mortaliu animos amoris sui sagittis vulnerandos: verum ipsi facti sunt arcus dolosus, qui sagittam in sagittantem torquet: sic enim prauis doctores siue doctrinae, siue vitae prauitate, quos conuertere debuissent, aduersus Deum reflectunt: ita vtrumque locum interpretatur D. Hieronymus, *Mutati sunt, inquit, in arcum dolosum, ut quos Dominus contra aduersarios intenderat, ipsi contra suum Dominum uerterent, & miserent aduersus eum blasphemiarum sagittas:* alij vtrumque locum de peccatoribus ingenerare interpretantur, ut sit sensus, ipsos sibi met nocere, suisque sceleribus quasi sagittis in seipos intortis vulnerare, iuxta illud Psal. 10. *Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam:* quo etiã pertinet illud Esaiã 59. *Oua aspidum ruperunt, qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confortum est, erumpet in Regulum:* quo loco obseruanda est elegans prophetae similitudo: quemadmodum enim oua aspidum foris quidem pulchra videntur, intus autem venenata sunt, & pestilentia, primumque frangentibus lethifera: ita nefaria peccatorum consilia pulchra quidem in speciem sunt, sed intus perniciofa, & funesta, hisque potissimum, quae ea designarunt, ad finemque perducunt, cladem, & exitium afferentia: in eandemque sententiam à Procopio, aliisque patribus de Iudaeis locus intelligitur, in quorum cordibus antiquus serpens impia aduersus Christum consilia tanquam oua peperit, quae ipsi postea Iudaei fouerunt, & Basiliscos excluderunt, quorum veneno afflati omnino perierunt. Sed, ut ad institutum reuertamur, hoc loco arcus, quem Christus gestare dicitur, sacra est Scriptura, diuinique verbi per Apostolos, & reliquos concionatores toto orbe praedicatio, quo arcu, & sagittis imperante Caligula quamplurimos vulneratos ad fidem suam, religionemque traduxit.

III.
Scriptura sacra
sagittis
comparata.
Osee 7. 16.
Psal. 77. 57.

D. Hieron.
Psal. 10. 2.
Peccatores
sibi nocent.
Esaiã 59. 9.

V.
Christus quatuor coronas coronatus.

Quod verò ad coronam attinet, quae data ei dicitur: aduertendum est quatuor coronas fuisse Christum Dominum coronatum. Prima fuit caenis, quam à

- D. Ambros. *Caer. 3. 11.* matre in incarnatione accepit: sic enim D. Ambrosius libro de institutione Virginis, capite decimo sexto, interpretatur illud Canticorum 3. *Egre dimini filia sion, & videre regem salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsationis illius. & in die letitiae cordis sui. Vbi obiter adverte summum Verbi erga homines amorem, siquidem diem incarnationis, cum primum factus est homo propter homines, diem desponsationis suae cum humana natura, diemque letitiae cordis sui appellari voluit: atque haec corona fuit contexta ex varijs, isque pulcherrimis floribus donorum Spiritus sancti, quae in primo conceptionis instanti eius anima infusa fuerunt: quos flores enumeravit Esaias capite undecimo. *Resurget super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiae, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.* Secunda corona fuit spinea, Ioannis 19. *Placentes coronam de spinis:* quae texta fuit ex spinis, & compunctionibus delictorum nostrorum iuxta illud Esai. 53. *Propter scelus populi mei percussus eum:* quae ratio affertur à Tertulliano lib. de corona militis. *Quale, inquit, oro te, furtum pro utroque sexu subyti ex spinis, opinor. & tribulatio figuram delictorum, quae nobis prestulit terra carnis: abstulit autem virtus crucis omnes aculeos mortis in Domini ei capitis tolerantia obtundens:* quam eandem rationem affert D. Achanasius in oratione de passione, & cruce Domini. Tertia corona fuit gloriae, celebritatisque, & exaltationis sui nominis ex lapidibus pretiosis composita, quae à Patre in caelo, & in terra coronatus, ad Philippenses 2. *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen:* quo loco pro exaltavit, habetur Graecè *ὑπερῆλθεν*, hoc est, superexaltavit, seu mirò modo exaltavit: Et ad Hebraeos 2. *Videmus Iesum propter passionem mortis gloriae, & honore coronatum.* Quarta denique corona est, quae quotidie coronatur ab sponsa in conversione fidelium: nam etiam Paulus, quos conuertebat, coronam appellabat suam, veluti ad Philippenses 4. *Fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & coronam meam.* Et prima ad Thessalonicens. 2. *Qua est autem nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in adventu: vos enim estis gloria nostra, & gaudium:* Et Ecclesiastici 32. *Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipsis: curam illorum habe:* Et paulò post: *Et lateris propter illos, & ornamentum gratiae accipias coronam.* Docet autem Divus Thomas in epistolam ad Thessalonicenses Apostolum fideles à se conuersos gaudium, & coronam suam appellare, eo quòd maxima sit praedicationis retributio eijs, quos conuertit: què admodum Dux propter militum victoriam coronari solet. Theodoretus refert ad humanam gloriam, & Pauli apud homines existimationem, ut sit sensus: propter vos mihi placeo, propter vos clarus, & illustris euado, iuxta illud Ecclesiastici 30. *Qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur:* quamquam etiam velit verba esse Pauli instar matris, siue nutricis fidelibus à se conuersis quasi pulchris infantulis blandientis, ac de sua fecunditate gaudientis. Quoniam, inquit Theodoretus, se matri & nutrici comparauerat, eius quoque verba imitatur, ea enim infantulos stem, & gaudium, & quae sunt huiusmodi, appellare consuevit: in quo maxime eminet maternus affectus Pauli, quemadmodum & ad Galatas 4. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis:* Eodem coronae genere ipsa quoque Ecclesia coronatur, ad eam enim ita Sponsus loquitur Canticorum 4. *Veni de Libano sponsa mea: coronaberis de chibilibus leonum, de montibus pardorum.* Quem locum D. Gregorius, & Beda interpretantur de cordibus infidelium, quae cum prius fuerint Daemonum cubilia per conversionem corona Ecclesiae efficiuntur. Sic igitur etiam Christus ex suis fidelibus coronatur, quae*

corona ex variis floribus, Martyrum videlicet rosis, Confessorum violis, & candidissimis virginum liliis contextitur. Hoc enim sensu Rupertus exponit illud ^{Rupert.} Zachariæ 6. *Sumes aurum, & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Ioseph, sacerdotis magni: Quia nimirum, inquit, per singulas virtutes electorum suorum Dominus coronatur, imò in illis coronatis saluator coronâ accipit, quia ipse est opus omnium Sacerdotum corona.* Cû igitur hoc loco data Christo dicitur coronâ, duæ postrema accipiendæ sût.

Secundum sigillum de equo rufo aperitur, & explicatur, & de Martyrum splendore nonnulla perstringuntur.

SECTIO III.

IN apertione secundi sigilli equus rufus, qui apparuit, imperium sub Domitio Nerone resignificat, sub quo Ecclesia primam edicto publico passa est persecutionem generalem; quo tempore, quoniâ multi fideles sanguinem pro Christo fuderunt, rectè eius imperium per equum rufum exprimitur. Nero igitur fuit huius equifessor, cui ob summam crudelitatem datus dicitur gladius magnus: incredibilem enim in Romanos carnificinam exercuit, ipsique Romanæ urbi faeces admoveri præcepit, quod incendium sex integris diebus, & septem noctibus perduravit: atque hoc egregium spectaculum ut iucundius videret Nero, altissimam turrim conscendit, ubi quædam Homeri carmina de Troiæ incendio præ animi iucunditate cecinit. Iam verò contra Christianos dici non potest, quàm barbarus, & immanis extiterit, in quibus duo illa clarissima orbis lumina Petrus, & Paulum tanquam duos soles de mundo sustulit. Verissimè tunc in fideles quadrabat illud 1. Cor. 4. *Spēctaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus,* seu ut Græcè est, *Ἰεῦρα τοῦ θεοῦ*, id est, *Theatrum facti sumus*: & est sensus, theatri, & spectaculi loco quasi feris obiiicimur, cum variis tormentis, & cruciatibus necamur, ut theatrum mundo, Angelis, & hominibus exhibeamus: cui concinit, quod præcellerat, *Tanquam morti destinatos*, Græcè *ὡς ἐπιθανάτους*, id est, *ad mortem servatos*, ducta similitudine ab ijs, qui more Romano bestijs spectante populo obiiiciebantur, atque ad id caueis inclusi tenebatur, tanquam morti iam obnoxii: ac destinati: id quod sub Nerone fidelibus accidebat, quia & ipsi obiiiciebantur feris, & vbi cumque reperiebantur, tanquam morti destinati dici poterant, ac theatrum mundo, & Angelis exhibere, propter persecutionis magnitudinem, quæ vbi que gravissima grassabatur. Porro adverte, licet D. Chryso. cum dicitur: *Et Angelis, bonos tantum Angelos intelligat, eo sensu talia esse martyrum certamina, ut Angelorû digna sint aspectu*: tamen multos de Angelis tum bonis tum etiâ malis interpretari: quam expositionem affert præter alios D. Tho. *Angelis, inquit, & hominibus, scilicet bonis, & malis: concurrebant enim ad eorû spectaculum boni Angelis ad confortandum, mali autem ad impudendum, boni homines ad compatiendum, & exemplum sumendum patientiæ, mali verò ad persequendum & irridendum: vel aliter: erant spectaculû, siue theatrum Angelis: bonis quidem, quoniâ ipsorum certamina, ut aiebat Chryso. Angelorum erant digna aspectu, & eiusmodi, quæ cælitum in se oculos per amorem, & admirationem converterent: malis autem, quia Apostolorum, & reliquorum Martyrum iniuriæ demones oblectabant, cum cernerent hostes suos, id est, Apostolos, & reliquos sanctos torqueri ad terrorem aliorum, ne Christi fidem amplecterentur. Itaque rectè dicitur permissum illi fuisse, ut sumeret, id est, auferret pacem de terra, ut inuicem se interficiant: quia ex Romanis plurimos alios per alios præcipiebat occidi. Totum denique Romanû imperiû cædibus, & sanguine*

I. Equus rufus Imperium Neronis significat.

1. Cor. 4. 9.

D. Chryso.

Martyrum certamina Angelorum, demonum, & hominum.

D. Thom.

Apostolorum iniuriæ demones oblectant.

cruciat: quemadmodum fusè ex Suctonio, Eutropio, Eusebio, Paulo Oro-
sio, & aliis tradidimus.

II. Pro illustriori tamen huius rei cognitione, & martyrio eius temporis splendo-
re magis illustrando sciendum est ex Gellio lib. 2. noctium Atticarum, cap. 26. ru-
rum colorem à sapore quidem sic appellatum: sed cum aliter rubeat ignis, aliter
sanguis, aliter ostrum, siue purpura, aliter crocus, has singulas rufi varietates vna
rufi, siue ruboris appellatione significari: itaque sub colore rufo comprehendi
ignem, sanguinem, crocum, purpureum, aureum, siue fulvum, flavum deni-
que & puniceum. Igitur imperium sub Nerone equo rufo comparatur propter
multitudinem Martyrum, qui eius imperij tempore passi omnes rufi coloris spes-
cies, fidei, charitatis, & virtutum reliquarum splendore, ac varietate retulerunt,
è quibus potiores tantum perstringemus, et Martyrij splendor magis cluceat. In
primis igitur colorem purpureum, qui ad sanguineum vergit, ad martyrium
pertinere ostendit locus ille Cantic. 3. ubi dicitur Salomonis ferculum ascensum
purpureum habuisse: per ferculum enim eo loco celestis gloria accipi potest,
ad quam per ascensum purpureum, id est, martyriam pervenitur: quemadmo-
dum interpretatur D. Hieronymus lib. 2. in Ezechielem homilia 15. *Ascensum, in-
quit, habes purpureum, quia maxima multitudo fidelium in exordio nascentis Ecclesia per
martyri sanguinem pervenit ad regnum. Igitur Rex noster ascensum purpureum fecit in fer-
culo, quo ad clarum, quod intus aspicitur per tribulationem sanguinis pervenitur.* Eandem ob-
caulam de Ecclesia dicitur Prouerbiorum 31. *Byssus, & purpura indumentum eius:*
quem locum sic Beda exponit: *Byssus indumentum Ecclesia est in candore pura conscientia,
& conversationis: purpureus autem color sanguinis habet speciem, unde pulchre dictum est
à Patribus, quod Ecclesia electorum floribus vernans in pace habet lilia, in bello rosas: ubi cer-
nis Bedam martyres rubicundis rosis conferre, quarum color etiam sub rufo
comprehenditur, & alludere ad locum illum Augustini sermone 37. de sanctis,
ubi ita ad Ecclesiam loquitur: *O vere beata mater Ecclesia, quam vincuntium gloriosus
Martyrum sanguis exornat, & candida induit virginitas: floribus eius, nec rosa, nec lilia de-
sunt. Certent igitur singuli amplissimas accipere dignitatum coronas, vel de virginitate candi-
das, vel de passione purpureas: in celestibus castris pax, & acies habent flores suos, quibus milites
Christi coronantur.* Hæc Augustinus. Nec verò dumtaxat color purpureus ad mar-
tyres pertinet, eo quod vergat ad sanguineum, sed etiam quia est regius, & impe-
rialis color: unde Canticorum 7. dicitur. *Coma capiti tui sicut purpura Regis:* mar-
tyribus enim quasi comis Christus, qui caput est Ecclesie, veluti regia quadam
purpura exornatur.*

III. Puniceus etiam color, cuiusmodi auctore Gellio est ille, qui in dactylis, seu
palmarum fructibus reperitur, & exuberantiam habet splendoris, martyrum
quoque gloriam non obscure commendat: siquidem martyres fructus palmæ
sunt, id est, crucis Dominicæ: sic enim plerique interpretantur locum illum
Canticorum 7. *Dixi, ascendam ad palmam, & apprehendam fructus eius:* quæ
verba, Beda vult esse sponsi per Prophetarum vaticinia redemptionem generis
humani pollicentis, ascensurum se in palmam, id est, crucem virginicam, ac trium-
phalem arborem, cuiusque fructus apprehensurum, id est, posteriores glorias, cla-
ritatem videlicet resurrectionis, & triumphantem ascensionis gloriam. Verum
nos cum alijs per fructus palmæ noui Testamenti heroes, præcipue verò Mar-
tyres merito possumus accipere, quos tanquam suauissimos dactylos crux
Christi quasi palma primis illis nascentis Ecclesie temporibus produxit iuxta
illud Esaiæ 53. *Pro eo quod laborauit animæ eius, videbit, & saturabitur, & iusti-
ficabitur.*

fecabit ipse iustus seruos meos multos, videbit semen longeuum. A qua expositione non abhorret etiã Beda loco citato. Accedit, quòd ipsi Martyres toti puniceci, seu phœnicei, id est, palmarij sunt: Græcè enim palma *φοίνιξ* dicitur, vnde color phœniceus, & puniceus: palmarij, in quem propter illustrissimas victorias, quas de morte, tyrannorumque seuitia reportant: vnde propter Martyrum multitudinem Ecclesia ciuitas palmarum meritò appellari potest: in Christi enim figuram Rex Salomon dicitur 3. Reg. 9. in terra solitudinis ciuitatem palmarum exædificasse, id est, vt interpretatur Glossa, palmis abundantem, quoniam Christus in ipsa media gentilitate, quæ terra erat solitudinis, Ecclesiam condidit martyriorum palmis fecundissimam: quam eandem ob causam statura Ecclesie assimilata palmæ dicitur Cant. 7. vsque ad eò autem Martyres palmarij sunt, vt elatis palmarum, in quibus tota palmæ posita est pulchritudo, comparentur Cantorum s. cum dicitur: *Comæius*, id est sponsi, sicut elata palmarum: vbi sponsi comæ, quas Sanctus, & præcipuè Martyres paulò superiùs interpretati sumus, Christum, qui caput est Ecclesie, exornantes, ab eò que enascentes elatis palmarum conferuntur: quia quemadmodum victores elatis palmarum pulcherrimis coronabantur, ita Christus suis Martyribus tanquam victor, & triumphator summa Ecclesie gratulatione coronatur.

3. Reg. 9.
Ecclesia ciuitas palmarum propter martyres.

Cant. 5. 22.

Iam vèrò croceus, qui color etiam est pulcherrimus, & veluti aureus, ad Martyres præcipuè pertinet: ij enim sunt crocus ille, quem Ecclesie hortus ferre dicitur Canticorum 4. *Emissiones tua paradisi malorum puniceorum, nardus, & crocus*: cum enim eo loco per has aromatum species varia sanctorum genera designentur, per crocum Martyres accipiendi sunt: quemadmodum enim crocus condiendis cibis adhibetur, & maximam vim habet exhilarandi cor: ita Martyres fidei, & patientie suæ exemplo, labores omnes, molestiasque huius vitæ pro Deo susceptas quasi condiunt, dulcioresque, ac suauiores efficiunt, denique mira iucunditate fidelium corda perfundunt: sic enim Tobiam, & Iob quasi crocum condiendis virtutum cibis aptissimum proponunt diuinæ literæ Tobie 2. illis verbis: *Hanc autem tentationem ideò permisit Deus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientie eius, sicut & sancti Iob*. Accedit, quòd crocus propter aureum, & flauescentem colorem symbolum est charitatis, quæ potissimum in Martyribus splendet, iuxta illud Christi Domini Ioannis 15. *Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis*. Sic enim cum locum Canticorum citatum interpretatur Beda, afferens in eandem sententiam illud Threnorum 4. *Qui nutriebantur in crocis, amplexati sunt stercore*: vbi quamquam ad literam sermo sit de calamitatibus Hebræorum tempore Hierosolymitanæ obsidionis sub Nabuchodonosor, cum nobilissimi qui que præ fame coacti sunt rebus vefci abiectissimis: quemadmodum etiam accidit in obsidione Samariæ, vt refertur 4. Reg. 6. *Facta est fames magna in Samaria, & tandem obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cibi stercore columbarum quinque argenteis*: tamen Beda ad charitatem refert hoc sensu: qui videbantur quondam charitatis floribus rutilare, grauissimis postmodum se fœdis ceperunt vitiorum xolutabis immergere: eodẽmque modo locum intellexit Diuus Bernardus sermone de obedientia, patientia, & sapientia: vbi expendit verbum illud, *amplexantur*, quod vehementiam insinuat, & rectè quidem Bernardus: solent enim, qui diuinæ bonitatis dulcedinem semel gustarunt, si ab eò statu prolabantur, deteriores fieri, & stercoreibus, id est, adiectis voluptatum illecebris delectari, cuius periculi sponsus sponsam admonuit illis verbis Canticorum 1.

Cant. 4. 13.
Martyres croco comparantur.

Tob. 2. 12.

Ioan. 15. 13.

Beda.

Thren. 4. 5.

4. Reg. 6. 25.

D. Bernardus.
Tarpinus peccant, qui prius peccata abstulerunt.
Cant. 1. 8.



si ignoras te, opulcherrima inter mulieres, egredere, & ab ipso vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos: quo loco hædos pasceret est lasciuos, ac petulantes libidinis motus sectari: quæ miseriarum decidunt ijs, qui magnitudinem, & præstantiam diuinæ cõuersationis, & charitatis ignorâtes, ac minoris facientes ex eo statu delabuntur, & quod est consequens, in kalento vitiorum omnium cæno volutantur.

V. Denique ob eandem coloris pulchritudinem granis malorum granatorum, qui etiam color sub rufo comprehenditur, similes dicuntur martyres: hoc enim sensu accipiendum est illud Canticorum 4. *Emissiones tua paradiso malorum puni-
corum*, quemadmodum vult Beda. *Mala*, inquit, *punica, quæ sanguineo rubent colore, eorum in Ecclesia triumphos insinuant, qui post fontis signati ablutionem, cuius paulò ante facta fuerat mentio, suo sunt etiam sanguine baptizati.* Obseruauerunt tres Græci patres in commentarijs super Cantica, qui cum operibus Theodoreti circumferuntur, malos punicas arbores, de quibus eo loco agitur, esse eas, quæ in quercubus inferuntur, quæ firmissimas habent radices, & difficile augelli possunt, in quibus quercuum radicibus volunt fidei designari firmitatem: id quod non obscure Martyrum naturam significat, qui per earum arborum mala granata exprimuntur, quippe qui produci nequeant nisi à malis punicis in fortissimis quercubus; id est, firmissima fide insertis, cum Martyrium summam fidei firmitatem requirat. Atque hæc de præcipuis rufi coloris varietatibus pro Martyrum gloria, & splendore dicta sufficiant.

Tertium de equo nigro sigillum explicatur.

SECTIO IIII.

I. **A**Petro tertio sigillo apparuit equus niger, & qui seiebat super eum, habebat stateram in manu sua, & audita est vox quatuor animalium dicentium: *Bilibris tritici denario: & tres bilibres hordei denario: vinum, & oleum ne laferis.* Per equum nigrum Romanum item Imperium significatur: per sellotem autem Titus Imperator Vespasiani filius, qui Hierosolymam grauissima cinxit obsidione, tendemque omnino excidit. Dicitur autem Romanum Imperium sub Tito nigrum, hoc est, triste, & luctuosum Iudæis: nam, vt de multis pauca dicamus, præter illa quæ in nostro de Ecclesiæ persecutionibus commentario commemorauimus, Titus castra posuit in monte Oliueti, vnde olim Dominus præuidens hanc vrbs obsidionem, & vastitatem fleuerat super illam, Luc 19. deinde vrbs cinxit obsidione grauissima: cumque plurimi Iudæorum quotidie caperentur, quia urgente fame foras egredi cogebantur, eos Titus ante suos oculos crucibus affigi præcipiebat, quingentos videlicet per dies singulos, & interdum plures: quorum tantus fuit numerus, vt autore Iosepho libro 6. de bello Iudæico, capite 12. iam spatium crucibus decisset, & corporibus cruce. Hi autem proculdubio filij eorum fuerunt, qui clamauerant, *Crucifige, crucifige cum.* Cum verd fames in dies ingrauesceret, multi que propterea à ciuitate exeuntes se vltro Romanis dederent, Titus murum quendam in circuitu vrbs exa edificari iussit, quo omnis penitus ad exitum via fuit intercepta. Miri verd est quanta celeritate, tridui videlicet tantum spatio totum opus perfectum fuit, cum tamen quadraginta ferè stadia per circuitum contineret. Atque de hoc etiam muro potest ad literam intelligi illud Luc. 19. *Circundabunt te inimici tui vallo, vt egregie annotauit Cardinalis Baronius tom. 1. Annalium.* Duo autem potissimùm famis illius acerbitem augent: vnū est, quod refert Egæsiippus, multos viuo cibo præ gaudio vitam

*Equus niger
imperium.
Titus signifi-
cat.
Luc. 19.*

Iosephus.

*Luc. 19. 43.
Baronius.
Fames, &
calamitas
Iudæorum.
Egæsiippus.*

vitam finiisse: alterum, quod idem etiam testatur libro 5. de excidio Hierosolymitano cap. 4. & Iosephus libro 7. de bello Iudaico cap. 8. Mariam diuitem, ac nobilem feminam filium infantulum gladio in frustra secasse, partemque eius coctam comedisse. Denique templum fuit incensum, ita vt nulla eius vestigia remaneret, neque lapis super lapidem: quemadmodum Christus prädixerat Luca 21. & vniuersa vrbs non solum incensa, sed omnino diruta, & à fundamentis auulsa, vt fuerat etiam Luca 19. à Domino prænunciatum illis verbis: *Ad terram profertent te.* Iosephus lib. 7. de bello Iudaico capit. 17. colligens numerum captiuorum, & interemptorum, ait captiuorum quidem, qui toto belli tempore comprehensi sunt, fuisse nonaginta septem millia: mortuorum verò per omne tempus obsidionis vndecies centena millia. Perdurauit autem obsidio quinque circiter mensibus, hoc est, à decimo quarto die Aprilis, (vt auctor est Iosephus lib. 6. de bello Iudaico cap. 4.) vsque ad octauam diem Septembris, qua incidit in diem Sabbati iuxta Dionysium Nerone. Itaque iure optimo Imperium Romanum comparatione Iudæorum nigerrimum, & luctuosum apparuit, cum vsque adeo eorù gentem inauditis cladibus affecerit sub Tito, & Vespasiano, gloriamque, & splendorem ita obscurauerit, vt nulla eis relicta sit spes siue antiqui splendoris, siue pristinae libertatis.

Iosephus.

Luc. 21.
Luc. 19. 44.
Iosephus.

Idem.

Quoniam verò ea mala, quæ Iudæis Titus inuexit, ex diuina iustitia profecta sunt, propterea habere in manu stateram dicitur, diuinæ videlicet iustitiæ in qua Deus in expiabile mortis Christi, ac nefarium scelus, simulque supplicia ponderavit, quamquam æquale esse non potuit, cum omnes omnino pœnas, quæ Iudæis infligi potuissent, facinoris illius immanitas longè superauerit. Rectè etiam Titus in manu, non in mente habuisse stateram dicitur, quia imprudens diuinam pro eo crimine iustitiæ opere ipso exercuit: quamuis postea tantam Iudæorum stragem non sine diuino consilio, & providentia esse potuisse sibi persuaserit, etenim muros circumiēs, vidensque omnia proiectorum mortuorum cadaueribus referta ingemuit, & extensis manibus Deum testatus est factum illud suum non esse, vt auctor est Iosephus libro 6. de bello Iudaico cap. 14. Vt verò ea, quæ sequuntur de ponderibus, intelligantur, sciendum est ex Iosepho lib. 3. de bello Iudaico cap. vlt. & ex Egesippo lib. 3. de excidio Hierosolymitano capite etiã vltimo Vespasianum, quo tempore bellum aduersus Iudæam administrabat, Iudæorum triginta millia, & quadringentos vendidisse, vniuersos autem, qui de partibus regni Agrippæ reperti sunt, Regi donasse, quos Rex accepto pretio similiter vendidit. Addendum ex eodem Iosepho libro 7. de bello Iudaico cap. 15. & ex Egesippo libro 5. de excidio Hierosolymitano capit. 47. Titum & milites Romanos ad dignantes seruum habere Iudæum innumerabilem ferè eorù multitudinem vendidisse, & quidem vulgus cum coniugibus, & liberis paruo pretio, nobiliores maiori: nec desunt, qui affirmant ex nobilioribus decem vno denario, ex vulgo autem triginta vno itidem denario venditos, dignam sanè pœnam eo facinore, cum Christum triginta argenteis sacrilega emptione receperunt. Eo supposito per triticum hoc loco Iudæi nobiliores, per hordeum verò infimi quique, & obicuri accipiendi sunt: & cum clamatur, *Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario*, illud prædicatur, fore vt Iudæorum vulgus viliori pretio sit, quàm nobilitas, à Tito, & militibus æstimandam, cum duæ libræ tritici, id est, nobiliorum vno denario, & sex libræ hordei, id est, adiectorum eodem denario æstimantur. Nec verò opus est, vt per libram quinque Iudæi propter quinarium librorum Pentateuchi numerum, qui ab omnibus Iudæis recipiuntur, accipi debeant,

II.

Iudæorum
supplicia Ti-
tus exercuit,
Deus pondera-
uit.

Iosephus.
Egesippus.

Iudæi, qui
Christum
emerant, vbi
pretio esse
dantur.

quemadmodum plerique curiose supputant: satis enim est generatim intelligere fuisse in aequale pretium pro tritico, & hordeo postulatū. Est autem bilibra duarum librarum pondus: unde nomen bilibris, & bilibre, quod habet pondus duarum librarum: pro quo Græcè est *χίμζ*, quod nomen sonat mensuram tritici, aut leguminis, quæ in cibum diurnum ut satis: Budæus lib. 5, de Asse, putat esse libras quatuor: Pollux tres duntaxat: vulgatus interpres duas tantum esse existimavit. Additur, *Vinum, & oleum ne laferis*, id est, fideles, qui in Christum crediderant tam ex Iudæis, quam ex gentilibus, qui propter charitatem vino, propter misericordiam autem oleo significantur: præcipitur ergo Tito, ut nullum fidelibus malum inferat, id quod verè ita accidit. Etenim, ut narrat Euseb. lib. 3, historiæ Ecclesiasticæ cap. 7, Ecclesia, quæ erat Hierosolymis congregata, oraculi cuiusdam indicio, quod probationibus per revelationem traditum fuerat, antequam bellum oriretur, ex Hierosolymis migravit, & oppidum trans Iordanem, quod Pellam nominant, incoluit: atque ita obsidionis procellam, & innumera, quæ Iudæorum gentem inuoluerunt, mala diuina prouidentia declinauit.

Statera nomine rectè diuinam significari iustitiam.

SECTIO V.

His ita secundum literam explicatis illud duntaxat obseruatione dignum videtur in sacris literis statera nomine diuinam significari iustitiam, veluti Ezechielis cap. 5, vbi Propheta iubetur caput, & barbam suam radere, & omnes capillos in vnum collectos in quadam iustissima statera ponderare, eosque deinde in tres partes æqualis ponderis diuidere, partemque vnam igne comburere, alteram gladio minutatim concidere, postremam demum in ventum spatgere: vbi quemadmodum in ipsomet contextu explicatur, pili Hebræos significabant, quorum sceleribus diuinæ iustitiæ statera ponderatis eorum alij famis, & pestis incendio in ipsa ciuitate, alij extra ciuitatem Assyriorum gladio perimendi: alij in captiuitatem abducendi, in variâsque regiones, & prouincias, quasi in ventum dispergendi ab Ezechiele prædicebantur. Sic etiam 4. Reg. 24, *Extendam*, inquit Dominus, *super Hierusalem funiculum Samariae, & pondus domus Achab*: pro quo septuaginta transtulerunt, *Extendam in Hierusalem mensuras Samariae, & truinus domus Ephraim*, id est, easdem pœnas ad Hierusalem deponam, quibus in Samariam animaduerti, quemadmodum exponit D. Chrysostomus homilia in Psalm. 95, vbi in eandem sententiam affert illud, quod dictum est ad Regem Balthasarem Daniels 5, *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens*: quo loco docet Chrysostomus Deum, cum punit, tenui librare ylio: nem: eundemque locum expendens Rupertus lib. de victoria verbi Dei capite quarto, duobus modis exponit, quod dicitur, *Inuentus es minus habens*, vno modo, ut sit sensus: ego te excitaui, ut peccantes mihi populos exponeres, sed minus est in facto tuo, quam in proposito meo: in meo namque proposito bona est intentio, quæ defuit in facto tuo: liquidem tua superbia, & crudelitati seruisisti: multum itaque deest in pondere, quia deest totum, quod esset laudabile, id est, intentio iustitiæ. Altero in hunc sensum: inuentus es minus habens, quia me non glorificasti: De diuina etiam iustitia locutus est Iob cap. 6, cum dixit: *Etiam appenderentur peccata mea, quibus iram merus, & calamitas, quam patior, in statera, quasi arena maris hac grauior appareret*: quod Iobum in persona Christi, quam

Fideles à clade Hierosolymitana seruati
Eusebius.

De iustitia
statera.
Ezech. 5.

4. Reg. 24. 13

D. Chrysost.
Daniel. 5. 27

Iob. 6. 2.

quam sustinebat, verisimile dixisse docet Divus Gregorius libro 7. Moralium, ca-
 pite primo, quo loco statera nomine Christum ipsum intelligit: *Quis alius, inquit, D. Gregor.*
statera nomine, nisi mediator Dei. & hominum exprimitur, qui ad pensandum vice nostra me-
ritum venit, ac secum misericordiam suam simul, ac iustitiam detulit: sed misericordia hanc
preponderans culpas nostras pariendo lenigavit: in manu enim Patris quasi statera miri libra-
minis factus hinc in se calamitatem nostram, & illinc peccata suspendit. Verum Rupertus
 libro secundo de operibus Spiritus Sancti capite octavo, stateram hanc non
 Christum, sed crucem ipsam interpretatur. *Erat, inquit, crux statera Patris habens*
disposita hinc in lance iudicij peccata mundi, inde in lance misericordiae calamitatem generis
humani: sed vicit pondere calamitas in lance misericordiae, lanceoque sustollens iudicij decussit
peccata in profundum maris: iuxta illud Michae septimo: Projicit in profundum maris
omnia peccata nostra. Christi enim dolentis passio totius generis humani doloribus
 superaddita preponderavit, plus enim penarum de humano genere sumptum
 fuit, quam culpa ingruisset, quod et omnium tanquam illustrissimum de cruce
 canit Ecclesia in hymno illo de passione Domini à Sedulio secundum plerisque
 composito: *Sedulius.*

*Beata, cuius brachio, & sedis pendit pretium,
 statera facta corporis.*

Ratio verò, cur divina iustitia statera nomine exprimat, ea est, quòd tam
 culpa, quam poena iusto examine ponderantur, ne poena culpa excedat: quau-
 quam tempè minus inferatur à Deo supplicium, quam culpa promereatur iux-
 ta illud Psal. 102. *Non secundum peccata nostra facies nobis.* Quare et tantum statera ad-
 hibetur, ne criminum acerbitatem poena superet magnitudis: quo sensu dictum
 est Proverborum 16. *Pondus, & statera iudicij Domini sunt:* Et Esaiæ 28. *Ponam in pon-*
dere iudicium, & iustitiam in mensura: & capite vigesimo septimo. In mensura contra-
mensuram, cum abiectus fuerit, iudicabis eam, id est, punies eam in mensura poenae, qua
 respondeat mensurae culpae, quemadmodum exponit D. Thomas in suis com-
 mentariis super Esaiam: quod non est ad propositionem arithmeticam, sed ad
 geometricam reuocandum, vt minoribus quidem peccatis minora, maioribus
 autem maiora supplicia inferantur: nunquam tamen peccatis aequalia. Eandem
 ob causam dicitur Amos 7. *Humus tua funiculo metietur, & tu in terra poluisa morieris:*
 quo loco est sermo de captiuitate decem tribuum, quarum supplicia dicuntur
 funiculo metienda, ne peccatorum magnitudinem superent: in eandem sententiam
 dicitur Esaiæ 34. *Extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpen-*
diculum in desolationem: vbi pro extendetur, est Hebraice נִמְנָה, venamab, quod ver-
bum significat lineas ducere, quemadmodum Geometria faciunt, pro mensura
 verò est נִפְּ, Cau, quod nomen significat lineam illam, seu funiculum, quem
 Architecti solent extendere: vnde Iob 38. loquens Dominus de fabricatione
 terrae dixit ad Iob: *Quis tetendit super eam lineam?* estque non solum aedificantium,
 sed etiam destruentium, cum Architecti nihil volunt supereminere, sed omnia
 solo aquare. Denique perpendicularum est lapis ille, siue pondus plumbeum, quo
 cementarij vtuntur ad parietum siue aequalitatem, siue inaequalitatem deprehen-
 dendam. Est igitur sensus Deum minutissimum esse in scelerum grauitate exarti-
 nanda, atque in supplicio inferendo non solum funiculo geometrico, sed etiam
 Architectorum perpendicularo vti. Denique Threnorum 2. eandem mensuram
 adhibuit in Hierosolymorum ciuitate destruenda. *Cogitauit, inquit, Dominus disti-*
pare murum filiae Sion, tetendit funiculum suum: quem locum expendens Rupertus li-
 bro primo in Hieremiam capite 44. *Dominus, inquit, ista cogitauit, & circumfuit e, it,*

*Deus citra
 condignam
 poenit.*
 Psal. 102. 10
 Prou. 16. 11
 Esai. 28. 17
 Idem 27. 8.
 D. Thom.

Amos 7. 17.

Esai. 34. 11.

Iob 38. 5.

*Thren. 2. 8.
 Rupertus li.*

negotijz Melicet summam in libra rationi appendit, & extendit super eam funiculum septuaginta annorum.

- III. E contratio in misericordia tribuenda non stateris, non funiculis, non perpendicularibus videtur: vnde Hierem. 31. Hierusalem, quam ad puniendum funiculo, & perpendiculari fuerat dimensus, cum ex misericordia reedificaturum se pollicetur, id est typum Ecclesie Catholice nullis terrarum finibus claudenda nulla mensura vitur: imo omnem omnino interdicit illis verbis: *Edificabitur ciuitas Domini, & exiit ultra normam mensurae*: quod etiam pertinet illud Psalmi 18. *In omnem terram exiit sonus eorum*: Quod Hebraei ita legunt: *In omnem terram exiit linea*, seu norma eorum. Est enim Hebraice nomen *Cau*, vt sit sensus, Deum instar Architecti in Ecclesia fundanda normam quandam interminatam extendisse, qua vniuersum orbem complecteretur ad gratiam Euangelij omnibus communicandam. Eandem diuinam misericordiae largitatem eleganter obseruauit D. Ambrosius in commentariis suis super Psalmum 37. in eo, quod Deus misericordiam, non iustitiam effundere dicitur: etenim de iustitiae calice habetur Psalmus 74. *Calix in manu Domini vini meri plenus misto, & inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fax eius non est exinanita*: vbi duo expendenda sunt, videlicet verbum *Inclinauit*, quod non dicit effusionem, sed leuem quandam calicis inclinationem: & praeterea quod sequitur: *Fax eius non est exinanita*: cum tamen de misericordia dicitur Canticorum 1. *Oleum effusum nomen tuum*, seu, vt Septuaginta translulerunt, *Oleum mensuratum*, seu *exinanitum*: quo loco per oleum Dei misericordia intelligitur, quam non ad mensuram Deus impertit, sed effundit largiter. Ad terrendum, inquit Ambrosius, plenus est calix, ad ferendum non est exinanitus. Calicem enim ita exinanire non nouit, sed exinanitum tamen est unguentum. Denique cum Christus de retributione ageret, non simpliciter illam appellauit mensuram, sed redundantem, & superfluentem mensuram: sic enim habes Luca 6. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum*: vbi singula verba emphasim habent, *Mensuram*, inquit, *bonam*, id est, magnam: quoniam verò posset esse mensura magna, sed non plena, additur, *confertam*, iuxta illud Psalmi 102. *Qui replet in bono desiderium tuum*: tunc autem est mensura conferta, cum id, quod mensuratur, vel pedibus calcatur, vel manibus in mensura deprimitur: quae mensurae plenitudo magis declaratur, cum subiungitur, *coagitatam*, quod tunc accidit, cum huc, & illuc modius decutitur, vt nihil interius vacuum relinquatur: denique additur, *superfluentem*, id est, non rasilem, sed cumulatissimam, & merita ipsa longè vincentem, siquidem Deus ultra condignum renumerare consuevit: quod verò dictum est, *in sinum vestrum*, praeter alia gaudium, & securitatem beatitudinis significat.

Quartum sigillum de equo pallido, & morte super illum equitante, atque inferno insequente explicatur.

SECTIO VI.

- I. **A**duertendum est pro pallido esse Graece $\chi\lambda\alpha\rho\delta\varsigma$, quod nomen & pallidum & viride significat: vnde capite octauo sequenti vltigatus interpres fecerit viride transtulit, cum eo loco idem nomen habeatur: imò hoc ipso loco equum viridem interpretatus est Tertullianus libro de pudicitia, capite vigesimo: qua de re sequenti sectione dicemus. Aperto igitur quarto sigillo, *Ecce, inquit, equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum*:
& data

Et data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ. Per equum pallidum Romanum item imperium exprimitur, cum fuit Imperium sub Domitiano, qui Tito fratri successit, & secundam aduersus Ecclesiam persecutionem commouit. Rectè autem equo pallido comparatur, quoniam Domitianus incredibilem metum & Romanis, & præcipuè fidelibus iniiecit, siquidem bonam Senatorum partem, aliorumque principum virorum in exilium mandauit, varia eis affligens crimina, vt sic eorum bona diriperet, inter quos & Ioannem nostrum ad iululam Pathmos relegauit: quia igitur omnes sibi timebant, ne similia ipsis damna contingerent, ex timore autem pallida exterius membra efficiantur: rectè Romanum sub Domitiano Imperium in pallido equo ostenditur: id quod potissimum ad Ecclesiam referendum est, quæ sub eo grauissimam passã est persecutionem, quam superiori commentario descripsimus.

Meritò etiam Domitianus Mors appellatur propter summam crudelitatem, quia non solum in suos, sed in Christianos etiam desæuit: vnde est interfectus à suis tantum monstrum non ferentibus. Porro quia dignas apud inferos suorum scelerum pœnas recepit, subiungitur, *Et infernus sequebatur eum*, aut certè per infernum hoc loco diabolus intelligitur, à quo incitatus Domitianus tantam crudelitatem, & impietatem exercuit: sum enim interdum infernum pro demone docet D. Gregorius libro 17. Moralium cap. 12. & nos fusiùs diximus capite 1. Cruciatum verò, seu mortis genera, quibus Ecclesiam oppugnauit, illa quatuor numerantur, fames, gladius, bestia & mors: vbi per mortem diuersa alia mortis genera intelligenda sunt, cuiusmodi sunt suffocatio, combustio, suspensio, submersio, & alia huiusmodi. Denique aduerte in apertione horum quatuor sigillorum quatuor animalia singula in singulis dixisse: *Veni, & vide*: quia nimirum in quatuor Euangelijs ea, quæ hæcenus commemorauimus, insinuantur: nam in Euangelio Marci cap. ult. agit de promulgatione Euangelij: *Euntes in mundum vniuersum predicate Euangelium omni creature*: quod fieri cœpit sub Caio Caligula: quare primum animal in apertione primi sigilli est Marcus designatus per leonem, qui primo loco fuerat nominatus. In Mattheo expressè commemoratur Ecclesie persecutio, cum dicitur cap. 24. *Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos*: prima autem persecutio sub Nerone cœpit, quo fit, vt secundum animal, quod dixit, *Veni, & vide*, sit Mattheus. In apertione tertij sigilli tertium animal Lucam significat, qui cap. 19. agit de Hierosolymorum per Titum euerfione. Denique in apertione quarti quartum animal, id est, Ioannes loquitur, qui cap. 16. tribulationem maximam prænunciat, quam passuri erant fideles, & quam post Nerone secundus Domitianus excitauit.

Cur Mors super equum pallidum apparuerit, & cur eam infernus sequatur.

SECTIO VII.

Quamquam iuxta eam, quam proposuimus ex nonnullorum Doctorum sententia, huius quarti sigilli expositionem Mors Domitianum Imperatorem adumbrauerit, ob ea, quæ superiorifectione diximus: quia tamè non desunt, qui mortem hoc loco propriè accipiendam esse contendunt, eaque expositio multum doctrinæ continet ad morum libertatem coercendam, libuit eam nonnullis obseruationibus illustrare. Primò igitur obseruandum est rectè mortem super equum apparuisse propter cursus sui velocitatem, qua mortales non solum

consequitur, sed etiam sapissimè præcurrit: quod tunc accidit, cum eorum spes præscindit, vanasque consiliorum, ac rerum futurarum designationes de repente quasi ante uolans præter expectationem demolitur. Quæ de re Ezechias Rex apud
Esai. 38. 12. Elaiam capite 38. conuenitur, cum ait, *Præcisâ est uelut à texente uita mea: dum adhuc ordier, succidit me:* quasi dicat, in ipsis primis filiis disponendis telam meam,
Iob. 7. 6. & spes omnes præcidit: & Iob cap. 7. *Dies mei uelocius transferunt, quàm à texente tela succiditur:* quem locum eleganter expendit D. Gregorius. *Congrua, inquit, similitudine tempus tela comparatur: quia sicut tela filii, sic uita mortali diebus singulis prætereunt, uentura breuiantur: tela enim duobus lignis innectitur, ut texatur, sed quo inferius tecta inuoluitur, eo superius texenda deplicatur, & unde se ad augmentum multiplicat, inde fit minus, quod restat. Sic nimirum uita nostra tempora, & transacta quasi inferius inuoluitur, & uentura à superiori deplicatur, quia quò plus sunt præterita, minus esse incipiunt futura. Hactenus Gregorius. Huius tela tegmen est humana mortalitas iuxta illud Genesis 3. *Puluis es, & in puluerem reuerteri:* subtergenia autem est humanarum rerum uicissitudo, & uanitas.*

Eadem mortis mortales de repente consequentis pernicitas nomine cursoris exprimitur Iob 9. *Dies mei uelociter fuerunt cursore:* & Sap. 5. Multis alijs similitudinibus, quæ celeritatem significant: sic enim eo loco damnati de hoc ipso conquerentes lamentantur: *Transferunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nunciu præcurrens, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est uestigium inuenire, neque sentiam carinæ illius in fluctibus, aut auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum uerberant leuem uentum, aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum: ubi obiter aduerto sonitum alarum inuere leuem quâdam hominis demortui recordationem, quæ subito deponitur. Sed illa est etiam præclara similitudo, quam habes Iob 9. *Dies mei pertranserunt quasi naues poma portantes:* naues enim, quæ portant poma, uelocissimæ sunt, quibus nimirum opus est portum citò tenere, antequam poma putrescant: alij ex Hebræo transferunt, *Sicut naues piratæ,* quæ etiam expeditissimæ esse solent, imò Christus Dominus Luca 12. mortem etiam furi comparauit illis uerbis: *Si sciret paterfamilias, quæ hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam:* quæ similitudine illud etiam significatur mortem esse quasi piratam subito in mari apparentem, & de repente inuolantem in eum, qui secundis uetis nauigabat, in florèque adhuc ætatis existès prospero tum fortunæ flatu, tum ualitudinis utebatur. Quam rem eleganter descripsit Tertullianus libro de anima, tit. Nihil animæ remanere in corpore post mortem. *Vñ, inquit, est & illa nauis, cum longè à Capharæi saxis nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, aduante flatu, labente cursu, latante comitatu, intestino repente percussu cum tota securitate dissidunt: non secus naufragia sunt uita, & tranquilla mortis euentus.**

Secundò est obseruandum ex ijs, quæ sectione præcedenti diximus, e quum
 III. mortis & pallidum, & uiridem esse: utrumque enim significat uox Græca *Χλωρός*, qua hoc loco uitur Ioannes: unde & Tertullianus libro de pudicitia, capite 20. citans hunc locum Ioannis pro equo pallido equum uiridem transtulit. Sedet igitur mors super equum pallidum, & uiridem: primum, quia mors improbis quidem tristis est, & luctuosa, probis autem fausta, & læta, & uiriditatem oculis gratissimam præ se ferens, id est, spem cælestium gaudiorum: unde cum Psalm. 33. appelletur mors peccatorum pessima, quia, ut interpretatur D. Bernardus sermone 41. ex paruis peccatorum mors mala est in amissione mundi, quia

quia non possunt sine dolore separari ab eo, quem diligunt, peior in dissolutione carnis: pessima in tormentis inferni: de iustorum tamen morte dicitur Sapientia 3. *Non tange illos tormentum mortis: quod quidem tormentum multiplex est, videlicet angor, & acerbitas moriendi, periculosus conflictus cum Dæmone, denique ipsa æterna damnatio: in eundemque sensum D. Hieronymus epist. 34. interpretatur illud Psalmi 126. Non confundetur, cum loquetur inimicus suis in porta: quem locum ad securitatem refert, cum qua iusti moriuntur. Deinde equitat mors super equum viridem, quia ipsa est, quæ mortalium spes, quæ viridi colore designatur, regit, & gubernat, eas videlicet vel prorogans, vel præciciens: itaque equi viridis habenas vel inhibet, vel etiam laxat pro Dei humanas res administrantis imperio. Porro adverte Romanum imperium, quod in equo albo, & rufo pulcherrimum apparuit, ubi mortem equitem habuit, continuo pallidum redditum fuisse, quia mors, quæ antea speciosa videbatur, decolorat, & quàm vana omnia, ac deformia sunt, ostendit: sic enim Romanum imperium ex albo, & rufo pallidum fecit. Postremo: Non sine mysterio infernus mortem sequebatur, ut nimirum reciperet, quos illa deiecit: etenim maior hominum obsecutum pars semper in inferorum suppliciis addicitur, unde Elaias capite 5. Propterea, inquit, dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino, descendentes fortes eius, & populus eius, & sublimes, & versutique eius ad eum: In quem locum D. Hieronymus, Infernus, inquit, animam habere dicitur, non quod animal sit, sed quod verbum humanae consuetudinis rerum insensibilium exprimamus affectum, quod insatiabilis sit, & nunquam mortuorum multitudine expleatur.*

Sap. 3. 1.

D. Hieron. Psal. 126. 5.

Esai. 5. 10.
Hominum
maior pars
damnatur.
D. Hieron.

Quinti sigilli de animabus interfectorum propter verbum Dei
subtus altare clamantibus explicatio.

SECTIO VIII.

APERTO quarto sigillo apparuerunt subtus altare animæ interfectorum propter verbum Dei vindictam sui sanguinis postulantes, quibus data dicuntur stolæ singulæ, dictumque, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleatur conferui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi. Cum in superiori sigillo sermo fuerit de secunda Ecclesiæ persecutione sub Domitiano Imperatore, hac quinti sigilli explicatione consequenter comprehenditur tempus à Traiano, qui Domitiano post Neruam successit vsque ad Diocletianum: quod tempus multas Ecclesiæ persecutiones cõplectitur, videlicet tertiam sub Traiano, quartam sub Adriano, quintam sub Marco Aurelio Antonino, & Lucio Commodo simul imperantibus, sextam sub Septimio Severo, septimam sub Maximino, octavam sub Decio, nonam sub Valeriano, decimam sub Aureliano: quas omnes consecuta est omnium grauissima sub Diocletiano, & Maximiano, quæ ad sextum sigillum pertinet. Quoniam igitur toto eo tempore innumeri Martyres sanguinem & vitam pro religione profundeabant, & nihilominus Christianorum cades, & martyria perdurabant, ideo inducuntur sub altari clamantes, & vindictam à Deo postulantes: quod quo pacto intelligendum sit, simulque alia, quæ hac visione obscuriora videntur, sigillatim docebimus.

Prima igitur dubitatio est, quodnam sit illud altare, sub quo Martyrum animæ Ioanni apparuerunt? D. Bernardus sermone 4. in festum omnium Sanctorum existimat hoc altare esse humanitatem Christi, dicitque animas Martyrum

II.

Quid altare
sub quo animæ
ma.

D. Bernardi.

esse modo sub altari, quia solum vident Christi humanitatem: post diem verò Iudicij supra altare collocandas, id est, visione beatifica fruituras, cum corpora recipiant. Quamquam verò interpretari possumus Bernardum, ut loquatur more Augustini, & reliquorum patrum de perfecta ex omni parte beatitudine, quæ gloriam etiam corporis comprehendit, verba tamen eius simpliciter, & absolute accepta sonant eum errare, in quo fuerunt Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem, Vigilantius teste Hieronymo in libro contra Vigilantium, Armeni apud Guidonem in summam de hæreticis, Græci apud D. Thom. opusculo 6. ca. 9. quod & testatur Concilium Florentinum sect. 1. & Lutherus in prælectionibus in Genesim apud Fredericum Staphylum in Epitome trimembri Lutheranæ Theologiæ: aduersus quos copiose disputat Bellarminus noster tom. 1. Controuersiarum Controuersia 7. Generali de Ecclesia triumphante. Ea igitur Bernardi expositione prætermittam, & aliis nonnullis, arbitramur per altare hoc loco intelligenda esse ipsa loca, vbi corpora Martyrum sepulta iacent, eo vel maxime quod super Martyrum reliquias altaria extrui consueuerunt: sub quibus altaribus animæ Martyrum clamare dicuntur, quia ex iis ipsis locis, eorum sanguis ad cælum clamat, ut paulo inferius dicemus. Nec verò te moueat, quod non corpora, sed animæ sub altari apparuerint: etenim hoc loco animæ pro sanctis ipsis ponuntur, que modo admodum & sæpè aliàs in sacriliteris pro hominibus vsurpantur, ut cum Genesis 46. egressæ dicuntur de femore Iacob animæ sexaginta sex: sancti autem rectè ibi esse dicuntur: vbi ipsorum iacent corpora. Adde cum Aretha fortasse alluisse Ioannem ad altare holocausti: siquidem sancti eo sacrificij genere per martyrium immolantur: & quamquam holocaustum super altare, non infra peragebatur, quia tamen hostiæ crematæ cineres deorsum per craticulam æneam decidebant, rectè post peractum sacrificium apparere sub altari potuerunt: quod quidam ex recentioribus non aduertit.

III. Secunda dubitatio est, quid clamor animarum significet? cui respondet D.

- D. Greg. lib. 2. Moralium cap. 6. Magnus, inquit, earum clamor magnum est desiderium cum resurrectionis, cum iudicij: tunc enim quisque minus clamat, quanto minus desiderat: Et tanto maiorem vocem exprimit, quanto se in rei desiderium plenius fundit. Animarum igitur verba ipsa sunt desideria: nam si desiderium sermo non esset, propheta non diceret: desiderium cordium eorum audiuit auris tua, Psalm. 9. Hæc Gregorius. Eandem ob causam Moyses, cum Exod. 14. 15. non loqueretur, clamare tamen dicitur Exodi 14. Quid clamas ad me? quia videlicet Greg. Nyss. magno ardebat liberandi populum desiderio: vnde Gregorius Nyssenus in libro de vita Moysis eundem locum expendens, Monemur, inquit, sonoram esse illam vocem, & vsque ad diuinæ aures magnitudinem sua peruenire, quæ non contentione clamoris, sed puritate cordis sua meditatione concipitur. Et Gregorius Magnus in commentariis super primum librum Regum, cap. 6. Quid est, inquit, clamor orantis, nisi in supplicatione petentis magna virtus desiderij? vnde adiacentem labijs Moysen, sed populi salutem feruenti deuotione cupientem a Domino dicitur, Quid clamas ad me? Et D. Ambrosius sermone de Psal. 118. 145. cimo nono in Psalmum centesimum decimum octauum super illa verba, Clamasti in toto corde meo, exaudi me Domine: Clamat, inquit, cor nostrum non sono corporis, sed cogitationum sublimitate concentuque virtutum, magna vox iustitiæ, magna est castitatis, per quam & mortui loquuntur: gracili voce erat Moyses, nec loquebatur, plus tamen omnibus audiebatur: vnde dictum est ei, Quid clamas ad me? clamabat affectu pio, & personabat in celo: clamabat populus, & non audiebatur, audiebatur autem Moyses, qui tacebat: tu solus, inquit, ad me clamas qui de me speras, qui virtutem meam excitas: tu solus ad me clamas, qui per vniuersam terram annunciari meum nomen expellis. Hæc Ambrosius.

Tertia

Tertia dubitatio, quænam sit vindicta sui sanguinis, quam Sancti postulant, cum eiusmodi vindictæ postulatio ab eorum sanctitate, & gloria aliena videatur? Duplex est responsio, una Diui Chrystostomi homilia in illud Psalmi 9. *Patientia pauperum non peribit in sinem. Sanctorum, inquit, vox illa est in Apocalypsi. Quisquis sanctus, & iustus non vindicet sanguinem nostrum: volebant ergo Martyres, & in presenti miracula faceret Deus, & confunderet fortitudinem aduersariorum Christi.* Itaque existimat Chrystostomus vindictam hanc nihil esse aliud, quam confusionem tyrannorum, ac Regum, qui Ecclesiam persequuntur, vt sic agnoscant diuinitatem Christi, & potentiam. Et rectè quidem iuxta Chrystostomum Martyres hanc aduersariorum Christi confusionem vindictam sui sanguinis appellant: quia non tam passionem suam, ac tormenta, quàm blasphemias, quæ in Christum iactabantur, & fidei persecutionem sentiebant iuxta illud Psalmi 68. *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me: quem quidem locum Paulus de Christo intellexit ad Romanos 15. cum dixit: Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, impropria improprietantum tibi ceciderunt super me: rationem verò eam reddit Augustinus in commentariis eius loci, quia nemo improbrauit Christo, nisi Deo exprobrans: nemo enim honorat Patrem, nisi qui honorat & filium: sed possumus tamen eadem verba ad Martyres referre, super quos cadebant opprobria, quibus impij Christum proscindebant, verè enim Martyribus molestiora erant maledicta, quæ infideles in Christum iactabant, quàm sui ipsorum acerbissima tormenta. Altera responsio est diui Augustini sermone trigesimo nono de tempore, Martyres non ipsorum hominum perse, sed regni peccati euersionem postulare: itaque non in homines, sed in eorum peccata inuehi. *Quis, inquit, audeat affirmare, cum illi sancti candidati se vindicari petierunt, contra ipsos homines, non contra regnum peccati petiisse? nam ipsa est sincera, & plena iustitia vindicta martyrum, vt eueriatur regnum peccati, quo regnante tantæ perpessi sunt: ad cuius etiam euersionem iuratur Apostolus dicens ad Romanos 6. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Hæc Augustinus. Esse autem hanc vindictæ petitionem voluntati diuinæ consentaneam ostendit locus ille Psalmi 138. *Pe secto odio oderam illos: perfectum enim odium tunc est interpretè diui Augustino, cum nec propter vitia homines, nec vitia propter homines diliguntur. Id ipsum hac similitudine declarat Gregorius Nyssenus libro de oratione: Quemadmodum, inquit, ille, qui orat, ne sint arrogantes, non hominum interitum, sed morbi abolitionem fieri cupit, ita etiam dum quisque sanctorum orat, vt id, quod natura aduersum, & inimicum est, ad interitum redigatur, suspicionem quidem imperitioribus præbet, quasi aduersus homines sentiat: sed verè illud tantum orat, vt peccatum, & iniquitas euertantur.**

*Psal. 19.
D. Chryst.*

Psal. 68. 10.

Rom. 15 3.

*Martyres
impiorum in
Christum
maledicta
grauius fere-
bant, quàm
tormenta.
Augustinus.*

*Non peccan-
tis, sed pecca-
ti euersionem
petunt sancti
Rom. 6. 12.
Psal. 128. 22.
Greg. Nyss.*

Quarta & postrema dubitatio, quænam sint illæ stolæ singulæ, quæ singulis v. animabus datæ sunt? Communis expositio est intelligendam esse glorificationem animæ, quæ sanctisante resurrectionem corporum tribuitur: ita Richardus de sancto Victore, Rupertus, Beda, Ambrosius Ansbertus, Haymo, & reliqui: quanquam Primasius intelligit summam quandam lætitiã, quam ex ea reuelatione conceperunt, cum ei dictum est multos adhuc præterea Martyres, & sanctos futuros esse, quorum consortio frui deberent. Vnde illud merito colligas multum ad gloriæ accidentalis rationem pertinere ipsam sanctorum multitudinem, & societatem, imò & in hac vita mortali multorum iustorum conuictum, cuiusmodi est in sanctis religionum ordinibus, specimen quoddam esse felicitatis sempiternæ: siquidem in gloria ipsæ Beatòrum conuictus, & societas ad accidentalom eorum felicitatem ita pertinet, vt ex eiusmodi

*Quid singu-
la stolæ, sin-
gulis anima-
bus dæ.
Richardus,
Rupert.
Beda.
Ansbert.
Haymo.
Primasius.*

Pfal. 132. 1.

Hebraei.

multitudine, & communiōe dicantur hoc loco sancti mirifica quadam profundi iucunditate, quas per stolas exprimi vult Primasius. Recte igitur cecinit Regius vates Psal. 132. *Ecce quā bonum, & quā iucundum habitare fratres in vnum:* quod magis adhuc explicauit duplicem adhibens similitudinem, vnam desumptam ex vnguento illo aromatico ex varijs odoribus myrrhae, cinnamomi, & balsami confectio, quo summus Sacerdos vngebatur: *sicut vnguentum,* inquit, *in capite, quod descendit in barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius:* alteram depromptam ex rore, qui montes Iudaeae aspergit, & facundat: *sicut ros,* inquit, *Hermon, qui descendit in montem Sion.* Quem locum aliqui Hebraeorum sic dispungendum existimant, *sicut ros Hermon, & sicut ros, qui descendit in montem Sion:* alij volunt ex Hermon, qui mons est propè Iordanem Libano vicinus, cū sit perpetua niue conspersus, continuè vapores ascendere, qui in rorem concreti montem Sion facundissime aspergant.

Sexti sigilli de terræmotu, sole nigro, luna sanguinea, & stellis de caelo cadentibus explicatio.

SECTIO IX.

1. **V**bi apertum fuit sigillum sextum, terræmotus magnus factus est, & sol ipse apparuit niger tanquam saccus cilicinus: luna verò facta est sicut sanguis, & stellae de caelo ceciderunt super terram, & multa alia visa sunt à Ioanne, quae sigillatim explicari debent. Hac visione iuxta eam, quam persequimur, nonnullorum interpretum expositionem describitur tempus sub Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, sub quibus passa fuit Ecclesia vndecimam (iuxta nostram supputationem) generalem persecutionem, quam continuauit, & perfecit Galerius, quo tempore sic exarsit in Christianos nefarium, & impium bellum, vt triginta dierum spatio ferantur decem, & septem millia promiscui sexus martyrio coronata. Itaque terræmotus immanitatem persecutionis significat, simul & diurnitatem: quo tempore innumera Ecclesiae incensae, plurimaque templa fuditus euersa, & infiniti propemodum fideles interempti fuerunt, vt suo loco fusiùs explicauimus: significat etiam terræmotus totum Romanū imperium aduersus Christianos commotum fuisse, & omnes provinciarum praetores, ac praefides contra vnam Christi fidem, & religionem incitatos. Dicitur Sol factus niger tanquam saccus cilicinus, id est, vt interpretatur Lyranus, Christus, qui Sol est iustitiae, in membris suis denigratus, & iniuriōse tractatus videbatur splendorem, & diuinitatis existimationem apud infideles amisisse. Luna verò tota facta est sicut sanguis, id est, vniuersa Ecclesia sanguine Martyrum robuit, & sanguineum colorem praeferebat tot filiorum sanguine purpurata. Stellae etiam de caelo ceciderunt super terram, id est, multi viri in Ecclesia dignitate, & opinione praestantes timore mortis in fidei confessione defecerunt, in quibus fuit Marcellinus Papa, qui metu coactus Paganorum templum ingressus grana thuris super prunas imposuit: sed tamen postea penitentiam agens strenuè martyrium subiit, quemadmodum Nicolaus Pontifex scripsit ad Michaelem Imperatorem: & refertur vigesima prima distinctiōe, capite. Nūc autem. Emphasim verò habet similitudo, quae sequitur: *sicut fenum emittit grosses suos cum à vento magno mouetur:* grossi enim sunt flos primi temporis, & immatura, quae facile flante vento paulò vehementiore decidunt: qua similitudine iudicatur eos, qui in fide defecerunt, non fuisse adhuc plenam fidei maturitatem consequutos, siquidem flante vento persecutio-

Terræmotus Ecclesiae persecutionem significat.

Sol niger factus Christus in summius riuo tractatus.

Luna ut sanguis facta Ecclesia in martyribus cruenta.

Stellae caedentes, fideles in fide deficiētes.

VI
AP

tionis ceciderunt. Reliqua, quæ sequuntur, ad vim persecutionis explicandam pertinent: cœlum enim recessit sicut liber inuolutus, id est, Ecclesia, quæ cœlum dicitur, sese propter metum persecutionis occultabat exceptis paucis, qui ardentissimo fidei zelo inflammati sese martyrio offerebant, quod magis explicatur, cum subditur: *Et omnis mons, & insula de locis suis magna sunt*, quoniam in rupibus, & insulis, locisque remotioribus Christiani ad mortem quærebantur. Denique omnis ætatis, & conditionis homines in latebras, & subterranea terra loca sese metu persecutionis abdididerunt: id enim significant verba consequentia: *Reges terra, & Principes, & Tribuni, & divites, & fortes, & omnis servus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montum, & dicunt montibus, & petri: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni*: quia videlicet existimabant fideles contra se Deum, & Agnum esse iratum, & propterea tam acerba persecutione ipsorum scelera vindicare. Atquæ hæc iuxta superiorum Doctorum sententiam de sex præcedentium sigillorum interpretatione dicta sunt, nunc communem expositionem afferamus.

Communis præcedentium sigillorum expositio commemoratur: & in primis primi, secundi, & tertij sigilli explicatio proponitur.

SECTIO IX.

Quam hæcenus tradidimus superiorum sigillorum expositionem, ij auctores, quos initio citauimus, existimant tum textui, tum instituto Ioannis magis accommodatam, & quæ hoc loco ab alijs generatim afferuntur, esse ab scopo, quem Ioannes defixit, aberrantia: quid enim, inquit, attine tferè omnia, quæ Ioannes commemorat siue de equis, siue de cornibus, siue diadematis, & coronis, generatim de hæreticis, hypoeritis, & tyrannis continuata interpretatione disputare, & nihil ab eo prædictum existimare de peculiaribus rerum euentis, temporum conuersionibus, Ecclesiæ statu, cuius tamen initia, progressum, & exitum sigillatim Ioannes prænunciandum suscepit: Itaque omnes illas generales, & metaphysico more communissimas expositiones magis putant ignorantium asyla esse, & suffugia, quàm rata, & verisimilia interpretum iudicia. Cæterum nos, qui, vt par est, communibus sententijs multum tribuimus, quamquam præcedentem de his sigillis expositionem valdè probabilem, & cum textu coherentem arbitramur, non idcirco tamen à communi sententia, & expositione discedimus: quare ne quis eam in his nostris commentarijs desideret, disertè quoque afferendam putauimus in tertio, quarto, & sexto sigillo, in quibus potissimum à superiori diffidet. In primo enim sigillo Christus est, qui sedet super equum album, id est, Apostolos: in secundo ille, qui sedebat super equum rufum, tyrannos adumbravit, qui Christianorum sanguine vniuersum orbem cruentarunt. Igitur in tertio sigillo existimant communiter interpretes tempus Hæresiarcharum fuisse à Ioanne designatum, qui post tyrannorum persecutiones nouo bellandi genere, eoque magis exitiali, ac pernicioso Ecclesiam oppugnarunt: primùmque arbitrantur per equum nigrum ipsosmet hæreticos, & Hæresiarchas accipiendos esse: per scellorem autem ipsum Dæmonem, qui hæreticos quasi equos aduersus Ecclesiam incitat. Dicitur autem habere stateram in manu sua, non dubium quin dolosam, id est, falsam iudicium, & astimationem, qua Scripturæ sacræ, & sanctorum Patrum sententias

Equus albus
Apostoli,
sigillor Christi
suis.

Equus niger
hæretici, scellor
ipsum demon

ponderat: tunc verò sequitur tritici, & hordei ponderatio, quæ omnia paulò illustriorem explicationem desiderant.

- Primùm igitur iuxta hanc expositionem notandum est rectè hæreticos equis nigris comparari, sicut in apertione primi sigilli Apostoli, & Apostolici viri equi albi similitudine expressi fuerunt: & quidem, quòd omnes impij in genere appellentur equi, Origenes homilia sexta super Exodum probat ex Exodi 15. cum dicitur: *Equum & ascensorem proiecit in mare: Quemadmodum, inquit, sunt equi quos Dominus ascendit, iuxta illud Abacuch 3. Qui ascendit super equos tuos, & quadrigæ tua saluatio: scia & sunt equi, qui ascensorem habent Diabolum.* Verùm hæretici peculiari ratione equi nigri appellantur, quia sunt similiore Dæmonibus, qui principes tenebrarum dicuntur. Deinde fessor, id est, Dæmon habet stateram in manu sua, illam nimirum de qua est sermo Osee 12. *Chanaan, in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit:* quo loco Chanaanais comparatur Ephraim, id est, decem tribus, eo quòd impietatem, & scelera Chanaanæorum æmularetur: & verò Chanaan in sacris literis pro mercatore sumitur, veluti Proverbiorum trigésimo primo: *Cingulum tradidit Chanaan, id est, mercatori, quoniam Chanaanæorum natio præcæretis maximè ex mercatura quæstum faciebat.* Est ergo sensus Filios Ephraim, id est, decem tribus Chanaanæorum, & mercatorum dolos fuisse imitato: iuxta quam expositionem possumus etiam nomine Chanaan Dæmonem hæresum principem, & omnes hæreticos cum D. Hieronymo intelligere: est autem in manu Dæmonis statera dolosa, imò & omnium hæreticorum, quia se ipsos, & alios decipiunt in ponderatione scripturarum, *quidquid enim, inquit Hieronymus, hæreticus loquitur, Dei iustitiam non habet, & plenum est doli, & fraudum.* Hugo Carenensis docet per stateram intelligi posse tribulationem, quam Dæmon habet in manu, quia ex eo, quòd quidam permittuntur flagellari, scitur quanti ponderis sint, id est, quantam virtutem habeant. Itaque tribulatio est iustissima quædam statera, qua vniuscuiusque pondus examinatur, quo spectat illud i. Petri 1. *Oportet contristari in varijs tentationibus, ut probatio fidei vestra multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem:* aurum enim in igne probari solet, verumne sit, ac legitimum, an adulterinum, & alchimicum. Quam eandem ob causam homines vasis comparavit Apostolus ad Romanos 9. *An non habet potestatem figulus lutæ ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam:* cuius similitudinis rationibus alijs prætermisissis illa interim afferri potest ex Plutarcho libro de discrimine adulatoris, & amici, quia cæca vasa, ita pulsu solemus tentare homines, cuiusmodi tinnitum reddant: fractane sint, an integra: plena, an vacua: quod præcipuè efficit tribulatio. Sic enim Deus tentavit Abraham, & Iob, vasaque integra, & plena esse comperit: audi egregium sonum, quem reddidit Iob: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Iob. 1, contra verò de impijs dicitur Psal. 103. *Tangit montes, & fumigant:* id est, tangit superbos per flagella, & statim per impatentiam fumigant.
- III. Quod verò attinet ad id, quod sequitur: *Et audini tanquam vocem in medio quatuor animalium dicentem: Bilibra tritici denario vno, & tres bilibrae hordei denario vno:* ad consolationem pertinet fidelium. Etenim, ut exponit Richardus de sancto Victore, pullulantibus hæresibus proclamatur de medio quatuor animalium, id est, communi testimonio, & consensu Evangelistarum, omniumque prædicatorum in Ecclesia, fidelibus in fide perseverantibus, & contra hæreticorum prauitatem disputantibus perfectam, id est, vtriusque testamenti intelligit.

telligentiam pro fidei integritate concedi, vt sciant bilibrem tritici, id est, doctrinae noui Testamenti denario vno; tres autem bilibres hordei, id est, doctrinae veteris Testamenti denario etiam vno aestimare, hoc est, nouum Testamentum veteri antepone. Quod autem ad fessorem dicitur: *Vinum, & oleum n. laferis*, dupliciter explicatur: vno modo iuxta eundem Richardum, vt interdicitur Diabolo perfectos Doctores, qui vinum sint, qui malos arguunt, oleum, cum probos cōsolantur, haeretica prauitate corrumpere: altero iuxta Pannonium, vt prohibeatur Diabolus vinum, & oleum laedere, hoc est, sinceritatem, & dulcedinem Scripturae omnino vitare, atque adeo promittatur Ecclesiae verus Scripturae sensus, & gustus: quae duo, quantumcumque conentur, haeretici eripere Ecclesiae non possunt.

Nouum Testamentum, veteri praefertur.
Rich. Vlt.
Vinum, & oleum, Da-
cloras, vel
Scriptura
sensus.
Pannon.

III.
Insigniores
Christiani
tritici, se-
gniores hor-
deum.

Verum alia afferri potest expositio, quae in hac communi sententia ceteris videtur antecellere, vt per triticum praestantiores in Ecclesia viri, per hordeum negligentiores, & sensibiles dediti intelligantur, significeturque ex praestantioribus paucos ad Diabolum per haeresim adiungendos, hoc est, duas tantum libras: at vero ex aliis plures, id est, sex libras, qui tamen omnes paruo quodam pretio, id est, vno denario distrahantur, quod est exigui lucri gratia: quid enim haereticorum principes, nisi inanes quosdam gloriae rumusculos apud imperitos: quid alij, nisi breuem voluptatem, & morum licentiam aucupantur? quoniam vero illi, qui bestiarum more voluptatibus corporis seruiunt, abiectiores sunt illis, qui, cum in Ecclesia doctrina, & honore excellenter, in haeresim tamen prolapsi sunt, idcirco hordeum vilius venditur, quam triticum, id est, hordei librae sex denario vno, tritici autem duae librae item denario, quia Daemon facilius in illis, quam in his negotiatur, multo que plures ex illis, quam ex his eodem pretio erroribus implicat, & voluptatum illecebris ad sui cultum irretitos pertrahit. Quod vero laesio vini, & olei prohibetur Daemoni, illud significat perfectissimos quosque, qui spiritualibus gaudiis perfruuntur, & tanquam caelesti vino inebriati Deo seruiunt, (est enim vinum laetitiae symbolum iuxta illud Psalmi 103. *Et vinum laetificat cor homini*) qui etiam charitatis, & misericordiae operibus, tanquam oleo charitatis ignem fouent, & in vniuersum pinguedine bonorum operum nitent, eos nequaquam equinigris fessori seruituros. Et quidem haec nobis expositio eo praeter ceteris placet in hac communi sententia, quia commemoratae tritici, hordei, vini, & olei acceptiones in sacris literis luculentius, quam aliae reperiuntur. Primum enim triticum pro perfectioribus vsurpari perspicuum est ex Matthaeo 3. *Cuius ventilabrum in manus sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum: & capite decimo tertio: Triticum autem congregate in horreum meum, & Iob 5. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut insertur aceruus tritici in tempore suo.* Quo loco, vt alij diximus ex D. Gregorij sententia, iusti maturi tritici aceruo comparantur, eo quod suo tempore moriuntur, quod secus impiis euenit, de quibus dicitur Psalmo quinquagesimo quarto. *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies sui.* Atque ad hoc triticum alludit Christus, cum dixit Matthaei nono: *Messis quidem multa, perarari autem pauci.* Cum igitur triticam perfectiorum sit symbolum, consequens est, vt hordeum ad imperfectiores pertineat: vini vero iueunditatem, & laetitiam illud demonstrat, quod sponsi vbera vino comparantur Canticorum 1. *Meliora sunt vbera tua vino:* seu, vt alij transferunt ex Hebraeo: *Meliores sunt amores tui vino.* Denique de oleo, quod misericordiam & charitatem significat, clarius est, quam demonstrari debeat.

Psal. 103. 17.
Matth. 3. 12.
Idem 13. 30.
Iob. 5. 26.
Psal. 54. 24.
Matth. 9. 37.
Cant. 1. 2.

Quarti sigilli de Pseudopropheta, & hypocritis iuxta communem sententiam expositio.

S E C T I O X I.

Ioachim.
Pannon.

Equus pallidus Pseudopropheta, & hypocrita. Math. 6. Rich. Vi. Hugo Card. Diony. Cart. D. Greg.

Job 39.

Sapient. 2.

Amos 8. 11.

Psal. 13. 3.

Baruch 3. 16.

IN e quo pallido, qui aperto quarto sigillo visus fuit, volunt ferè omnes interpretes Pseudopropheta, & hypocritas, præcipuè verò iuxta Ioachimum, & Pannonium Mahometem designari, qui etiam Ecclesiam vniuersam maximè turbauerunt, eosque Daemon aduersum illam tanquam præferoces, atque effrænes equos incitauit. Rectè verò illud aiunt equum pallidum Pseudopropheta, & hypocritarum esse symbolum: quia hypocrita ieiunij, & carnis maceratione facies suas exterminant, Matthæi 6. vt virtutem, & sanctitatem simulent: quemadmodum interpretatur Richardus de sancto Victore, & Hugo Cardinalis: vel etiam, vt exponit Dionysius Carthus. quia charitatè, & sapientia, quasi auro se fulgere fingunt, & ipsa simulatione pallescunt. Cæterum prior ratio magis videtur accommodata, propter quam D. Gregorius libro 8. Moralium cap. 30. comparat hypocritas Simoni Cyrenæo, quem Iudæi apparauerunt, vt tolleret crucem post Christum. *Crucem, inquit, in angaria, id est, precio conductam portare est afflictionem abstinentiæ alia, quam necesse est, intentione tolerare:* eodem pertinet illa similitudo, qua struthioni comparatur Iob 39. cuius pennæ, id est, actiones similes dicuntur pennis herodij, & accipitris, id est, sanctorum: sed tamen veluti struthiones nequaquam se ad sublimia possunt erigere, sed toti in terra versantur, quemadmodum in eum locum docet D. Gregorius. Super hos sedet Diabolus, qui mors ab affectu hoc loco appellatur, vt supra diximus: iniquia enim diaboli mors introiit in orbem terrarum Sapientia 2. Infernus sequebatur eum quasi paratus ad deuorandum omnes, quos Pseudopropheta, & hypocrita deceperint, & in vniuersum omnes, quos Diabolus huius equi fessor per hæresim, & hypocritism infecerit. Quoniam verò hypocritis latè diffunditur, dicitur fessori equi pallidi datam fuisse potestatem super quatuor partes terræ ad interficiendum gladio, fame, morte, & bestiis terræ: gladio, inquam, id est, prædicatione, demulcendo vulgi aures nouis rebus applaudentis: est enim gladius verbi, & prædicationis symbolum: aut etiam, vt exponit Richardus de sancto Victore, gladio peccati: fame, id est, subtractione veræ doctrinæ iuxta illud Amos 8. *Emittam famem in terram non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei:* morte, id est, doctrina mortifera iuxta illud Psalmi 13. *Pennum aspidum sub labiis eorum:* denique bestiis terræ, id est, hominibus belluarum more vitam agentibus, & carnis illecebris, ac libidini deditus: sic enim appellantur Baruch 3. *Vbi sunt principes gentium, qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?*

I. Sexti sigilli de fine mundi iuxta communiorem sententiam interpretatio.

S E C T I O X I I.

Rich. Vi. Pannon. Primasius. Ansbertus. Hugo Car. Nicol. Zeg. Beda. Rup. Arethas.

Sextum sigillum communiter interpretes ad tempora Antichristi, & finem mundi pertinere arbitrantur: in quibus sunt Richardus de S. Victore, Pannonius, Primasius, Ambrosius, Ansbertus, Hugo Cardinalis, & Nicolaus Zegeus: eandemque expositionem commemorat Beda, Rupertus, & Arethas. Tunc verò dupliciter

dupliciter exponitur vaticinium: vno modo, vt per Solem Christus, per Lunam Ecclesia, per stellas sancti, & per terram otu ipsa Antichristi persecutio intelligatur, eodem planè modo, quo nos superius hæc omnia de persecutione sub Diocletiano, & Maximiano explicuimus: altero, vt Solè, Lunam, & stellas nō translātè, sed propriè Solem ipsum, quem videmus, Lunamque ac sydera intelligamus: de quibus etiā locutus est Dominus, cum dixit: *Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis:* iuxta quā expositionem, quæ magis placet, vaticiniū deinceps interpretabimur.

Quod igitur ad Solem attinet, non sine mysterio efficiendus dicitur niger tanquam lacus cilicinus ad tristitiam, vel ipso colore propter mundi finem iam vicinum, exprimentam: id enim & nigredo significat, & sacci cilicini indumentum: præterea sacco cilicino Sol induetur deponita veste lutea fulgentissima & pulcherrima, quasi vestem mutas ob interitum principis huius mundi: quemadmodū famuli vestem mutare solent in morte dominorū, & nobilissimi quique in obitu Regis, ac Principis, & interdū sacco indui. Deinde tota Luna reddetur sicut sanguis, vt vel ipso colore sanguineo quasi rubore vultus significet se de sceleratissimis hominum sceleribus erubescere, quod etiam ad saccum cilicinū Solis potest accommodari, quemadmodum discretis verbis prædixit Esaias cap. 24. cum dixit: *Erubescet Luna, & confundetur Sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus: vilis namque hominū sceleribus Sol, & Luna erubescunt, quod talibus dominis serui erunt.* Alij volunt de claratissimum Christi regnantis splendorem, qui vsque adeo Solem ac Lunam superabit, vt hæc duo fulgentissima sydera ad tanti luminis magnitudinem confundantur, & erubescant, nec præ confusione apparere audeant. Tertio additur: *Stella de celo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, id quod etiam Christus Dominus prænuñciauit Matthæi 24. Et stella cadens de celo: cuius rei mysteriū hac similitudine declarauit D. Chrysostomus in homilia ad Neophytos desumpta ex Esaiâ, cap. 34. cum dicitur: Militia calorum, id est, stella, quemadmodum transitulerunt Septuaginta, cadent, sicut folia ex vite. Sicut, inquit, vites, cum vinarum fructibus prægrauantur, foliorum auxilium necessarium, vt protegantur, exposcunt: cum autem deposuerint fructum, necesse est, vt etiam folijs denudentur, sic se habet hoc seculum, quandiu habuerit in se humanum genus, tenebit & calum stellas, sicut & vitis folia. Nam nocte pereunte sine dubio stellarum utilitas simul cum nocte deficiet.*

II. Signa iudicium extremum præcessura.

Esaiâ 24. 25.

Christi splendorem in medio extremo.

Stellas de celo cadere quid sit.

Matth. 24. 29. Esaiâ 34. 4. D. Chrysost.

Verum, quod attinet ad literalem sensum, significatur in fine mundi multas futuras in aëre impressiones Meteorologicas, in quibus stellæ cadentes numerantur. Grossorum similitudo illud significat non interiturum esse mundum præ maturitate, cum alioqui amplius durare potuisset, (sunt enim grossi ficus immaturæ) sed Deum propter hominum scelera ei citius impositurum esse finem: quemadmodum fecit in prima mundi per cataclysmum euersione. Etenim tempus vsque ad diluuium, quod centum viginti annorum fore promiserat Genes. 16. centum dumtaxat annorum spatio definiuit, & viginti annos, qui supererant, propter hominum flagitia præcidit: siquidem ea comminatio facta fuit anno quingentesimo vita Noë Genes. 5. diluuium autem cepit sexcentesimo anno ætatis eiusdem Genes. 6. Quod autem de spatio temporis ad penitentiam concessio vsque ad diluuium intelligenda sit illa Dei sententia Genes. 6. *Erunt dies illius centum viginti annorum: non autem de ætate singulorum hominum, docent D. Chrysostomus homilia 22. in Genesim, & Hieronymus in quæstionibus Hebraicis. Non, inquit, humana vita, vt multierant, in centum viginti annis contracta est, sed generationi illi centum viginti anni ad penitentiam dati sunt.*

III.

Genes. 16.

Genes. 6.

Genes. 5.

D. Chrysost. D. Hieron.

sequidem inuenimus, quod post diluuium vixerit Abraham centum septuaginta quinque: quia vero penitentiam agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatij amputati, induxit diluuium anno centesimo agenda penitentia destinato. Hæc Hieronymus. Quare idem de mundi ætate exilimari potest, quod citius illi Deus finem sit impoliturus propter hominum flagitia, quam si virtutem coluissent, idque iudicari similitudine grossorum ante maturitatem decidentium. Sed propterea etiam exprimitur vernum tempus, quod lætitiæ, & serenitatem significat bonis a futuram iuxta illud Cantic. 2. *Iam hyems transit, & sicut proculis grossos suos.* Quod item Christus indicauit, cum dixit Luca 21. *Respicite: & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra, Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstus: ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est regnum Dei.* Quamquam vero prædestinatis tempus illud vernum erit, & florentissimum: reprobis tamen procellosa hyems erit, & maximè luctuosa.

III.

Esaiæ 34. 4.
Eusebii.
Cyril. Alex.
D. Hieron.
D. August.

Cælum sicut
lucæ appare-
bit.

Cælum liber,
quem omnes
legunt.
Psalm. 103. 2.

D. Chrysost.
Psalm. 18. 7.

Mundus car-
men elegan-
tissimum.
D. August.

2. Cor. 6. 8.

Quartò subiungitur. *Cælum recessit, licet liber inuolutus.* Eodem modo loquitur Esaias cap. 34. *Complicabuntur sicut liber cæli, qui locus ad diem iudicij planè pertinet, quemadmodum retulit Eusebius lib. 11. de præparatione Evangelica cap. de inuolutione mundi, D. Hieronymus, & Cyrillus Alexandrinus in commentarijs super Esaiam & D. August. in Psalm. 103. Significatur autem tum apud Esaiam, tum hoc loco apud Ioannem summa Dei potentia, qui non maiori negotio, sibi beat, cælos potest complicare, & à motu cohibere, quam aliquis complicare potest membranam. Verùm illud potissimum significatur cælos, qui aperti, & expansi sunt omnibus lumen reddentes, tunc aparituros veluti librum complicatū, hoc est, nullam claritatem, & splendorem emissuros. Pro cuius rei maiori expositione, aduerte cælum appellari librum, quia in eo Deus sui notitiam, & intelligentiam elegantibus characteribus, id est aureis syderibus descripsit: sic enim illud Psalm. 103. *Extendens cælum sicut pellem,* plerique interpretantur: id est, extendentanquam membranam, in qua sui notitiam descripsit. In quem eundem sensum Diuus Chrysostomus homilia 9. ad populum Antiochenum accipit illud Psalmi 18. *Cæli enarrant gloriam Dei: Quomodo, inquit, enarrant? per ipsum aspectum: tacet cælum, sed ipsius aspectus vocem tubæ clariorem emittit, per oculos, non per aures nos docent: in hunc pariter librum & idiota, & sapiens intueri poterunt: quod idem propheta intuens dixit: Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, id est, non est gens, neque lingua, quæ hanc vocem intelligere non possit. Ita Chrysostomus: quæ expositio germana est: sic enim transferri potest ex Hebræo. *Non sunt loquela, neque sermones, quibus, id est, à quibus non audiantur voces cælorum.* Eandem ob causam D. Augustinus libro 11. de Ciuitate Dei cap. 18. mundum hunc docet esse, quasi quoddam elegantissimum carmen, ex quibusdam quasi antithetis compositum, quæ ex ipsa rerum contrarietate defumuntur, imò & ex ipsis vitijs, & virtutibus constantur. Neque enim, inquit Augustinus, Deus vllum non dico Angelorum, sed nec hominum crearet, quem malum futurum esse præscisset, nisi pariter nosset, quibus eos bonorum visibus commodaret, atque ita ordinem sæculorum tanquam pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antithetis honestaret: antitheta enim quæ appellantur, in ornamentis elocutionis sunt decentissima, quæ Latine dicuntur opposita: quibus etiam Paulus vsus est 2. ad Corinth. 6. cum dixit. *Per arma iustitiæ dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: ut seductores, & veraces, sicut quis ignoti, & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, ut castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, &***

omnia possidentes. Sicut ergo ista contraria contrarijs opposita sermonis pulchritudinem reddunt: ita quadam non verborum, sed rerum eloquentia, contrariorum oppositione seculi pulchritudo componitur. Hæc Augustinus.

Quin etiam Pythagoræ fuit sententia mundum Musicæ ratione esse compositum, & eum deinde lyram fuisse imitatum: vnde est illud Psalm. 18. *In omnem terram exiit sonus eorum*: seu, vt potest transferri ex Hebræo, *Exiit lina eorum*, vel *amusis eorum*: quo significatur cælorum musicam ad lineam, & amussim fuisse concinnatam. Atque hinc orta quoque est multorum opinio existimantium corpora cælestia concentum edere: sic enim affirmarunt Philo Iudæus libro de sonis, D. Ambrosius præfatione in Psalmos, Seuerinus Boetius libro 1. de Musica cap. 2. D. Isidorus lib. Etymologiarum c. 16. D. Anselmus lib. 1. de imagine mundi, Plinius lib. 2. historię naturalis cap. 3. Macrobius lib. 2. in somnium Scipionis, Cælius Rhodiginus lib. 5. lectionum antiquarum cap. 25. imò & Plato in libro de Republica docet singulis orbibus cæstib. singulas Sirenes insidere, quodidem refert Georgius Venetus tomo 5. problematum in sacram scripturam lectione 5. nu. 221. nec multum abhorrent ab hac sententia diuinæ literæ, cum dicatur Iob 38.

Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis torrefaciet? Itaque cælum liber est quidem harmonicus, qui summa cum iucunditate homines pertrahit ad diuinam naturam, eiusque perfectiones contemplandas. Id quod etiam affirmavit D. Basilius hom. 1. in Hexameron, vbi mundum appellat doctrinam, & institutionis domicilium summatarum mentium: & hom. 11. eiusdem operis, *Vniuersa*, inquit, *hæc mundi moles peridæ est, ac liber literis exaratus palam contestans, & prædicans gloriam Dei, illiusque augustissimam manifestatorem*: quod vique adeo verum existimavit Origenes in commentariis super Genesim, super illa verba, *Vt sint in signa, & in tempora*, quemadmodum refert Eusebius lib. 6. de præparatione Euangelica cap. 9. vt perperam asseruerit stellas positas esse in cælo, vt significarent vniuersas, & singulas rerum humanarum causas, non tamen efficerent: quia nimirum Deus in stellis depinxisset rationes omnium rerum futurarum, vt supernorum spirituum virtutes in eis veluti in libro legerent, quæcunque hominibus citra vllam liberi arbitrij coactionem per singula temporum momenta essent euentura, & inde aliquam huius scientiæ partem, quæ humani ingenij vires superat, hominibus siderum obseruatoribus reuelarent: iuxta quem sensum existimavit intelligendam esse sententiam quandam ex libro, cui titulus est, *Narratio Ioseph*, olim à multis catholicis recepto: in quo Iacob Patriarcha inducitur in filios suos hæc dicens: *Legimini tabulis cæli, quæcunque euentura sunt vobis, & filijs vestris*. Sed hic tamen Origenis error alio commodiori loco à nobis confutabitur, cum illud interim nobis sufficiat cælestia corporalium esse, qui recedet in fine mundi, quasi inuolutus, & vt loquitur Esaias, complicabitur: quia cessabit motus cæli, & quod est consequens, pulchra hæc rerum vicissitudo, & varietas, quæ motum consequitur.

Pythagoras. Psal. 18 7.
Cælos concentum edere dixerit aliqui. Philo Iud. D. Ambros. Boetius. D. Isidorus. D. Anselm. Plinius. Macrobius. Cælius. Plato. Georg. Venetus. Iob 38. 37. D. Basilius. Origenes Gen. 1. 14.